



Ad 1.43
#1.43

HORTVLVS ANIMÆ.

IN QVO CONSOLATIO
nes in tentationibus & impulsuæ
causæ patientiæ in ærumnis
reperiuntur.

ECCLE: XLI.

Hortus est benedictus, & longe amœ-
nissimus timor Domini.

M. GEORG: VVALTHER
verbi diuini Halæ Saxonum
minister.

A N N O

M. D. LXXII.

Επίγραμμα εἰσ τὸν τόκον Θ
βίβλοι.

Εσιστε ἔχεστε χρεῖστε βεβαιότα δυμόν ἀνίστησο
τὸν πεβίον διάγεσθε λίψεσι δυχόμενος
οὐτὶς ἀλυπέσσων καὶ ἀνδρεσ μεμελκότες ἐργῶν
πολλὰ κακὰ δρῶσιν βαλλόμενοι κακίας
ὅση ισχὺέωράχθει νηρείμενον Θ ἀμπλακιάων
δύσφορα πενδελεόις ἀλγεα φρεστήρεχεσ.
ἀλλὰς καὶ ανθρομένη δύναστονδιφθερίζεμεν ἀλκῆ:
δύνασιν κρατοῦντες ἐλπίδα έπαλλε λεῶν.
μάνθανε τὴνδε οἶλοιο βίβλοιν ἐπὶ χεῖρα Το
δυμόν γκθόσυνος λάμβανε ἡμετέρα. (κησ
μήνιρ ἀπειρεσίκρι πλεμόκλονορ ἐργον ΑρχίΘ
οὐκ ἄδει, νοσθροῖστο φέρμακα πράλας διδούνε.
Εύχόμενον Θ πάντωμ ἐσ δυμόν βαλλέμεν
ἀνδρῶν (τρῶμ.

συνώρατασ ἀγίων προσ παράδειγμα πατε
τελειορ ἀλλὰ λέγωντανοιστὸν κηπορ ἐχοντα
κηπορ ευρίσκει ἡστρον ἀκημα νόσοισ.
Τεῦτε βίτε μετέχει, θυχή τονδεύοντα συμπορ,
πληθίΘ ἐχωμερῶν ἡ δρανίων διδαχῶν.

Georgius V Valther Iunior
Halensis.

ILLVSTRIS-

SIMO ET LAVDA-

TISSIMO PRINCIPI AC DO-
mino , Domino Ioachimo Friderico, Admi-
nistratori Archiepiscopatus Magdeburgensis
& Primatus Germaniae , Marchioni Brande-
burgensi, Stetinensem, Pomeranorum, Cassi-
biorum , Vandalorum ac Crostae in Silesia

Duci , Burggrauio Noribergensi &

Rugiae Principi ac Domino

fuo clementis-
simo.

Gratia & pax per Iesum Chri-
stum vnicum & verum redemptorem
nostrum. Amen.

LLVSTRISSIME
Princeps , Domine Cle-
mentissime , Multiplices
& ualde graues tenta-
tiones esse , quibus homi-
nes se penumero miserrime affliguntur ,
in primis dubitationem de gratia Dei &
æterna uita , & desperationem propter
peccata , iram DEI , & damnationem
æternam , uerbum Dei atq; experientia
testatur . His non tantum impij & scele-

EPISTOLA

rati homines, uerum etiam piij s̄apē ita
excruciantur, ut non possint intermitte-
re, qui cum Davide & alijs exclament.
Sagittæ tuæ ō Deus infixa sunt mihi, &
confirmasti super me manum tuam; non
est sanitas in carne mea, à facie iræ tuæ,
non est pax ossibus meis, à facie pecca-
torum. Quoniam iniquitates meæ su-
pergressæ sunt caput meum, sicut onus
super me grauatae sunt: Omnes dies no-
stri defecerunt & in ira tua deficimus.
Circundederunt me dolores mortis, &
torrentes iniquitates conturbauerūt me.
Dolores inferni circundederunt me. Re-
pleta est malis anima mea, & uita mea
inferno appropinquabit. Super me con-
firmatus est furor tuus. Quis me libe-
rabit de manu mortis? Peccavi enim su-
per numerum arenæ maris. Quasi leo
sic Dominus contriuit omnia ossa mea,
cum patior.

Quis enim non exhorresceret hor-
ribiles maledictiones, & cominationes



DEDICATORIA.

grauissimas, in uerbo Dei expressas, maledictus sit qui non permanet in omnibus legis, nec eas opere perficit? Item, Væ omnibus impijs, cui ira DEI ipsiusq; iustum iudicium, mors, Diabolus, infernus & æterna damnatio non terrorem incureret? Siquidem omnes in peccatis concepti & nati, precepta Dei uiolauimus, ipsumq; grauiter offendimus, & ad iram prouocauimus.

Veruntamen quam graues sint eiusmodi tentationes, nō propterea animum prorsus abiijciamus, sed ope spiritus sancti uidendum, ut eas superemus & uincamus. Vere enim ille maledictus est, qui his oppressus plane desperat, cū econtra illis, qui uincunt eas de ligno uitæ dabitur edere, quod est in Paradiso Dei.

Sed inquies quomodo nos omnibus exhausti uiribus et inermes, contra tam multiplices & ualde graues tentationes pugnare fœliciter possumus? Respondeo quod ad infirmitatem nostram atti-

EPISTOLA

nēt impossibile est, sed hoc tenendum &
hilari mente accipiendum, uerbum Dei
nimirum Euangelium propterea pro-
mulgatum, & tibi quoq; à Deo proposi-
tum esse, ut eo ipso contra omnes tenta-
tiones te munias & corrobores, eam
ipsam ob causam, uerbum Dei armatura
& gladius spiritus sancti dicitur, quod
hoc tanquam instrumento uel orga-
no spiritus sanctus nos contra omnes
tentationes muniat, regat atq; conser-
uet, ne succumbamus, sed tandem uinca-
mus & triumphemus.

Hac armatura Dauid non modo
gigantem Goliath prostrauit, sed etiam
ipsum Diabolum ipsiusq; tentationes de
multitudine & magnitudine peccato-
rum suorum, item de ira Dei, electione
& damnatione æterna, pedibus suis con-
culcavit, ut uerba sua in paroxismis &
cruciatibus animi maximis attestantur,
que ita sese habent. Conuertere animam
meam in requiem tuam, quia Dominus

DEDICATORIA

benefecit tibi, quia eripuit animam meam
de morte, oculos meos à lachrymis, pe-
des meos à lapsu. Placebo Domino in
regione uiuorum. Item, Nisi uerbum
tuum meditatio mea esset, forte perissem
in humilitate mea. Sic uerbum Dei uere
est antidotum & præsentissima munitio
& armatura contra omnes incursiones,
insultus & tentationes Diaboli.

Quapropter nostrum interest uer-
bum Dei sedulo audire, legere, scrutari
atq; meditari adiunctis precibus ad spi-
ritum sanctum, Quod si fecerimus an-
tagonista fortissimus & solus inuictissi-
mus, nimurum CHRISTVS IE SV S
cui data est omnis potestas in celo & in
terra, nobis succurrens, lapides consola-
tiones & selectissimas sententias sugge-
ret, quibus Goliathum Diabolum scilicet
cum omnibus suis temptationibus proster-
nere & delere potuimus. Hoc omnibus
discipulis & amatoribus uerbi sui Chri-
stus pollicetur, inquiens: Oues meæ no-



EPISTOLA

cem meam audiunt, & ego cognosco
eas, & ego uitam aeternam do eis, &
non peribunt in aeternum, & non
rapiet eas quisquam de manu mea, &
porte inferi non praeualebunt aduersus
eas, ut praeclarè Apostolo Petro re ipsa
præstitit, inquiens. Simon, ecce Sathanas
expetiuit te, ut cribraret sicut triticum,
ego autem rogaui pro te, ut non defice-
ret fides tua. Idem accidit diuino Paulo sic
enim scribit. Deo gratias ago, qui dedit
nobis uictoriam per Dominum nostrum
I E S V M C H R I S T V M. Similiter
nos quoq; auxilio nostri defensoris &
uictoris multisimi quascunq; tentatio-
nes uincere possumus, si modo accincti
gladio spirituali uerbum Christi die ac
nocte meditati fuerimus, quo solo sanctis.
simi uiri D. Lutherus & D. Melanchton
hostes Ecclesiæ profligarunt atq; in ten-
tationibus grauissimis conseruati sunt.

Cum uero non raro accidat, ut
etiam illi, qui in uerbo Dei mediocriter

DEDICATORIA.

uersati sunt, in temptationibus & affli-
ctionibus maximis admodum tarde atq;
difficulter illam armaturam Dei senten-
tias scilicet consolatorias ad oppri-
endas temptationes efficacissimas, in mentem
reuocare possint, propter infirmitatem
& cruciatus corporis & animi uche-
mentissimos, atq; alias rationes, operæ
preium me facturum existimauit, si
Hortulum anime exstruerem, in eoq;
præcipua capita consolationum & sele-
ctissimas sententias ex Prophetis &
Apostolis ordine disponerem, ut ex eo
tanquam ex armario facilius arma de-
promere & ad usum accomodare affli-
cti animi possint. Cum enim Hortuli
propter ægrotos exstruantur, ut illæ
herbe & radices, quibus ad tuendam
ualetudinem, & ad leniendos uarios do-
lores corporis indigent in promptu sint,
multò magis Hortulum spiritualem pro-
pter morbos animi & cōscientiae cuilibet
comparandum esse, nemo inficiabitur.

EPISTOLA

Norunt enim omnes qui uel mor-
bis laborarunt acutis, uel grauiſſimis
oppreſi fuerunt ærumnis, prolixas
enarrationes ſententiārum tempore af-
flictionum maximarum raro habere
locum, & breuiſſima capita consola-
tionum, unam atq; alteram ſelectiſſi-
mam ſententiam auxilio ſpiritus sancti
ſep̄ magis accommodatam & utilem
eſſe. Quod & Patres quosdam impi-
mis Diuum Auguſtinum expertum eſſe
conſtat, qui ſimiliter matri eiusmodi nu-
das ſententias præſcripsit, & hoc noſtro
ſeculo aliqui ſuo exemplo teſtati ſunt,
imprimis ILLUSTRISSIMUS Princeps D. Fri-
dericus Elector Saxoniæ, fœliciter me-
morie, qui ſelectiſſimas ſententias ma-
iusculis literis in parietes & tabulas in-
ſcribi mandauit, & inde conſolationem
capere ſolitus fuit uberrimam.

Adhuc cum pauci eo ſint ingenio
prædicti, ut diu firmiter in memoria con-
ſolatoria capita & ſententias retinere,



DEDICATORIA.

uel ad mentem reuocare possint, in pri-
mis istas, quæ maximopere ratione ten-
tationis necessariæ erant, his ita consul-
tum esse, experientia docet. Deniq; hac
ratione & iuniores & rudiores eru-
diuntur, & adiuuantur, ut magis ac
magis in uerbo Deo proficere & tan-
dem prolixiores conciones cum fruge
audire & melius ad usum transferre
possint. Propter has & alias causas
hunc Hortulum animæ Latine & Ger-
manice instruxi, eumq; Illustriſſime
Princeps ac Domine clementiſſime T.C.
dedicandum esse putaui, ut constaret, me
quoq;, uti per singularia T. C. dona
principe digna agnoscere & pro inco-
lumitate, & fœlici gubernatione T. C.
sedulo orare, ea qua debeo reuerentia &
subiectione rogans, ut C. T. Hortulus sit
gratus & acceptus, Rex regum & Do-
minus dominantium C H R I S T U S
I E S V S, accensam doctrinæ sue lucem
in nostris Ecclesijs, tranquillitatē & Rei-

EPISTOLA DEDICAT.
pub: statum felicem porro benigne lar-
giatur, & celsitudinem tuam una cum
illustriſſima coniuge ad gloriam DEI
& ſubditorum emolumētum clementiſ-
ſime diu in columem & florentem con-
ſeruet, Amen. Data in Salinis Saxon-
icis 1571. die 7. Octobris.

C. T.

Subditus Minister

Georg: VValther M. uerbi
diuini Hale Saxonum
Minister.



CONSOLATIO PRO PECCATORIBVS, qui sua peccata agnoscunt, & gra- tiam Dei expectunt.

I.

DEVS MITIS, MISERI-
cors, longanimit, patiens &
humanus est.

Exod: 34. D O M I N E Deus, mi-
sericors & clemens, patiens & multæ
miserationis, ac verus qui custodis
misericordiam in millia: qui auferat
iniquitatem, & scelera atq; peccata.

Psal: 25. Dulcis & rectus D O M I-
N V S : propter hoc legem dabit de-
linquentibus in via.

Psal: 34. Gustate & videte, quo-
niam suavis est D O M I N V S : Bea-
tus vir qui sperat in eo.

Psal: 34. Iuxta est D O M I N V S
his qui tribulato sunt corde: & hu-
miles spiritu saluabit.

Psal: 106. Confitemini D O M I-
N O quoniam bonus, quoniam in
seculum misericordia eius.



CONSOLATIO

Psal : 103. Miserator & misericors
D O M I N V S : longanimis & mul-
tum misericors , corroborauit mis-
ericordiam suam super timentes se,
Quomodo miseretur pater filiorum,
misertus est Dominus timentibus se.

Psal : 86. Tu D O M I N E suavis
& mitis , & multæ misericordiæ o-
mnibus inuocantibus te.

Esa : 55. Quærite D O M I N V M
dum inueniri potest : inuocate eum
dum prope est : Derelinquat impius
viam suam: & vir iniquus cogitatio-
nes suas: & reuertatur ad Dominum
& miserebitur eius: & ad Deum no-
strum, quoniam multus est ad igno-
scendū. Non enim cogitationes meæ
cogitationes vestræ, neq; viæ meæ viæ
vestræ, dicit D O M I N V S.

Ierem : 3. Sanctus ego sum , dicit
D O M I N V S , & non irascer in
perpetuum. Veruntamen scito ini-
quitatem tuam , quia in D O M I-
N V M D E V M tuum præuarica-
tus es.

PECCATORVM. 2

Ioel: 2. Conuertimini ad D O M I N V M Deum vestrum, quoniam benignus & misericors est: patiens & multæ misericordiæ, & præstabis super malicia.

Hose: 14. Conuertere Israel ad D O M I N V M Deum tuum: quoniam corruisti in iniustitate tua. Tollite vobis cum verba & conuertimini ad D O M I N V M & dicite ei. Omnem aufer iniustatem, & accipe bonum, & reddemus vitulos labiorum nostrorum.

Miche: 7. Quis Deus similis tui, qui aufers iniustatem: & transfers peccatum reliquiarū hereditatis tuæ. Non immittet ultra furorem suum, quoniam volens misericordiam est. Reuertetur & miserebitur nostri: Deponet iniustates nostras: & projicit in profundum maris omnia peccata nostra.

Judith: 8. Patiens D O M I N V S non enim quasi homo, sic Deus com-

CONSOLATIO

minabitur , neq; sicut filius hominis
ad iracundiam inflammabitur.

Luc : 1. Per viscera misericordiæ
Dei nostri , in quibus visitauit nos
oriens ex alto.

Ephet 2. Deus qui diues est in mi-
sericordia , propter nimiam charita-
tem suam qua dilexit nos , & cum
mortui essemus peccatis , conuiuis-
cauit nos in C H R I S T O , cuius gra-
tia estis saluati , & conresuscitauit &
concedere fecit in cœlestibus in
C H R I S T O I E S V : vt ostenderet
in seculis superuenientibus abun-
dantes diuitias gratiæ suæ , in boni-
tate super nos in Christo I E S V .

Tit : 3. Benignitas & humanitas
apparuit saluatoris nostri Dei : non
ex operibus iusticiæ , quæ fecimus , sed
secundum misericordiam suam saluos
nos fecit , per lauacrum regenerationis
& renouatiōis spiritus sancti .

2. Petr : 3. Dominus patienter agit
ppter vos , nolens aliquos perire , sed
omnes ad pœnitentiam reuerti .

II.

DEI MISERICORDIA MA:
ior est iniquitate nostra.

Psal: 51. Miserere mei Deus secun-
dum magnam misericordiam tuam.

Psal: 103. Secundum multitudinem
cœli à terra: corroboravit misericor-
diam suam super timentibus se.

Esa: 1. Lauamini, mundi estote,
auferte malum cogitationum vestra-
rum ab oculis meis: quiescite agere
peruerse. Si fuerint peccata vestra ut
coccinum, quasi nix dealbabuntur.

Eccle: 18. Quām magna miseri-
cordia D O M I N I , & propitiatio
illius conuertentibus ad se. Quis
adijicit enarrare misericordiam eius?
patiens est Deus in illis, & effundit
super eos misericordiam suam, vidit
præsumptionem cordis eorum, &
cognovit subuersiōne illorum quo-
niā nequam est. Ideo adimpleuit
propitiatiōne suam in illis, & osten-
dit eis viam aequitatis. Miseratio ho-



CONSOLATIO

minis circa proximum suum : Misericordia autem Dei super omnem carnem , miseratur excipiens , doctrinam miserationis , & qui festinant in iudicijs eius.

Eccle : 2. Secundum magnitudinem DEI misericordia illius cum ipso est.

Judith : 8. Non enim quasi homo Deus sic comminabitur , neq; sicut filius hominis ad iracundiam inflammabitur.

Luc: 1. Misericordia eius à progenie in progenies , timentibus eum.

Rom: 5. Vbi abundauit delictum , superabundauit & gratia.

1. Pet: 1. Benedictus Deus & pater DOMINI nostri IESV Christi , qui secundum misericordiam suam magnam regenerauit nos in spem viuam , per resurrectionem

CHRISTI.

III.

GRATIA & MISERICOR.
dia Dei fine caret.

Psal: 106. Confitemini D O M I N O quoniam bonus : quoniam in seculum misericordia eius.

Psal: 117. Confirmata est super nos misericordia eius: & veritas Domini manet in æternum.

Thren: 3. Miserationes D O M I N I non defecerunt.

Esa: 54. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui : dixit redemptor tuus D O M I N V S.

Ose: 2. Sponsabo te mihi in semperiternum : Et sponsabo te mihi in iusticia & iudicio, & in misericordia & in miserationibus. Et sponsabo te mihi in fide : & scies quia ego D O M I N V S.

Esa: 60. Et aperientur portæ tuæ iugiter : die ac nocte non claudentur.

CONSOLATIO
III.
DEVS OMNIVM
miseretur.

Psal: 86. Tu DOMINE suavis &
mitis, & multæ misericordiaæ omni-
bus inuocantibus te.

Rom: 11. Conclusit Deus omnia
in incredulitate, ut omnium mise-
reatur.

1. Timoth: 2. Deus omnes homi-
nes vult saluos fieri & ad agnitio-
nem veritatis venire.

Tit. 2. Apparuit gratia Dei Salua-
toris nostri omnibus hominibus.

V.
DEVS PECCATORVM NO-
strorum non recordatur.

Psal: 25. Relicta iuuentutis meæ
& ignorantias meas ne memineris,
Secundum misericordiam tuam me-
mento mei, propter bonitatem tuam
DOMINE.



PECCATORVM.

5

Psal: 101. Quantum distat ortus ab occidente: longè fecit à nobis ini-
quitates nostras.

Iere: 13. Emundabo illos ab omni
iniquitate sua in qua peccauerunt
mihi: & propitius ero cunctis ini-
quitatibus eorum in quibus delique-
runt mihi & spreuerunt me.

VI.

DEVS PECCATA *nobis condonat.*

Nume: 14. DOMINVSPatiens
& multæ misericordiæ, auferens ini-
quitatem & scelera.

Psal: 51. Miserere mei Deus secun-
dum misericordiam tuam, & secun-
dum multitudinem miserationum
tuarum dele iniuriam meam. Am-
plius laua me ab iniuriam mea: &
à peccato meo munda me.

Eccle: 2. Pius & misericors est
Deus: & remittit in die tribulatio-
nis peccata.

CONSOLATIO

VII.

DEVS OMNIA PECCATA
remittit, licet grauia & multiua-
ria illa sint.

Psal: 51. Auerte faciem tuam à pec-
catis meis: & omnes iniquitates
meas dele.

Psal: 103. Benedic anima mea Do-
mino: & noli obliuisci omnes re-
tributiones eius: Qui propitiatur
omnibus iniquitatibus tuis: qui sa-
nat omnes infirmitates tuas.

Psal: 130. Apud DOMINUM
misericordia: & copiosa apud eum
redemptio.

Esa: 1. Si fuerint peccata vestra ut
coccinum, quasi nix dealbabuntur.

Michæ: 7. Quis Deus similis tui,
qui auferis iniquitatem & transis
peccatum.

Michæ: 7. Deus projicit in pro-
fundum maris omnia peccata.

PECCATORVM 6

VIII.

DEVS DILIGIT
Peccatores.

Ierem: 32. D O M I N V S inquit;
Lætabor super eis cū bene eis fecero.

Sapient: 11. Diligis omnia quæ
sunt: & nihil eorum odisti quæ fe-
cisti. Parcis autem omnibus: quo-
niam tua sunt D O M I N E qui amas
animas.

Iohan: 3. Sic Deus dilexit mun-
dum, vt filium suum vnigenitum da-
ret, vt omnis qui credit in eum non
pereat, sed habeat vitam æternam.
Non enim misit Deus filium suum
in mundum, vt iudicet mundum, sed
vt saluetur mundus per ipsum.

Rom: 5. Commendat charitatem
suam Deus in nobis, quoniam si cum
adhuc peccatores essemus, secundum
tempus C H R I S T V S pro nobis
mortuus est.

i. Iohan: 4. In hoc apparuit cha-
ritas Dei in nobis, quoniam filium



CONSOLATIO

suum vnigenitum misit D E V S in mundum , vt viuamus per eum . In hoc est claritas : non quasi nos dixerimus Deum , sed quoniam ipse prior dilexit nos , & misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris .

IX.

NON IRASCITVR DEVS
peccatoribus poenitentibus .

Psal : 103. Non in perpetuum irascetur : neq; in æternum comminabitur . Recordatus est quoniam puluis sumus , Homo sicut fœnum dies eius tanquam flos agri sic efflorebit .

X.

DEVS DAMNATIONE ET
interitu peccatorum non delectatur .

Ezech: 11. Viuo ego , dicit D O M I N U S , nolo mortem impij , sed vt conuertatur impius à via sua , & viuat .

XI.

DEVS PECCATORES CRE-
dentes non iudicabit secundum
delicta.

Psal : 103. Non secundum peccata
nostra fecit nobis : neq; secundum
iniquitates nostras retribuit nobis.

Psal : 143. Non intres in iudicium
cum seruo tuo, quia nō iustificabitur
in conspectu tuo omnis viuens.

Zachari : 9. Rex tuus veniet tibi
iustus & Saluator.

Iohan : 1. Qui credit in eum, non
iudicatur.

XII.

DEVS VVLT PECCATO-
res saluos fieri.

Matth: 18. Sic enim non est volun-
tas ante patrem vestrum qui in cœlis
est, vt pereat vñus de pusillis istis.

1. Timoth : 2. Deus omnes homi-
nes vult saluos fieri , & ad agnitio-
nem veritatis venire.



CONSOLATIO

1. Thessa : 5. Quoniam non posuit nos Deus in iram, sed in acquisitionem salutis per D O M I N V M nostrum I E S U M.

2. Pet: 3. D O M I N V S nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti.

XIII.

AD SALVTEM PECCATO-
rum Deus filium suum destinauit
atq; promisit.

Gen: 1. D O M I N V S Deus ad Serpentem dicit: Inimicitias ponam inter semen tuum & semen illius, illud conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.

Gen: 22. Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ.

Iohān: 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum vnigenitum daret; ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam.

Acto: 2. Certissimè sciat omnis domus Israel, quia & D O M I N V M



PECCATORVM. 8

eum & Christum fecit Deus, hunc Iesum, quem vos crucifixistis.

Acto: 5. Deus suscitauit I E S V M ad dandam penitentiam Israeli, & remissionem peccatorum.

Rom: Deus C H R I S T V M I E S V M proposuit, propitiatorem per fidem in sanguine eius.

I. Corin: 10. C H R I S T V S factus est nobis sapientia & iusticia, & sanctificatio, & redemptio.

Hebre: 5. C H R I S T V S factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ.

XIII.

DEVS VOLVIT FILIVM suum nasci, pati, mori atq; resurgere propter homines ipsorumq; salutem.

Esa: 53. Posuit D O M I N V S in eo iniquitatem omnium nostrum.

Rom: 8. Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem: Deus filium suum mittens



CONSOLATIO

in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne, ut iustificatio legis imploretur in nobis.

2. Corinth : 5. Deus filium suum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit: ut nos efficeremur iusticia Dei in ipso.

Gal: 4. Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus.

XV.

DEVS PROMITTIT NO-
bis gratiam suam propter
Filium.

Gene: 3. D O M I N V S Deus ad serpentem ait: Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum & semen illius: ipsum conteret caput tuum, & insidiaberis calcaneo eius.



PECCATORVM. 9

Gen: 22. Benedicentur in semine
tuo omnes gentes terræ.

Esa: 28. Ecce dicit D O M I N V S,
ego mitram in fundamentis Sion la-
pidem , lapidem probatum, angula-
rem, pretiosum, in fundamento fun-
datum, qui crediderit, non festinet.

Esa: 61. Spiritus D O M I N I super
me, eò quod vnixerit me : ad annun-
tiandum mansuetis misit me, vt me-
derer contritis corde, & prædicarem
captiuis indulgentiā, & clausis aper-
tionem : vt prædicarem annum pla-
cabilem D O M I N O, & diem vltio-
nis Deo nostro : vt consolarer o-
mnes lugentes.

Iere: 3. Reuertere auersatrix Israel
ait Dñs : & non auertam faciē meam
à vobis, & sanabo auersiones vestras.

Matt: 17. Vox de nube dicens: Hic
est filius meus dilectus in quo mihi
bene complacui: ipsum audite.

1. Cor: 1. C H R I S T V S factus est
nobis sapientia & iustitia, & sancti-
ficatio & redemptio.



CONSOLATIO

XVI.

REMISSIONEM PECCA-
torum per Verbum atq; Sacra-
menta
DEVS largitur atq;
offert.

De hoc vide infra Locum 45.46.

XVII.

GRATIAM SVAM NOBIS
donatam, Sacramentis confirmat
et obsignat.

De hoc vide Locum 49.

XVIII.

CHRISTVS SOLVS EST
Saluator noster, qui nobis gratiam
Dei et remissionem pecca-
torum meretur.

Esa: 53. In scientia sua iustificauit
ipse iustus seruus meus multos.

Lu: 2. Dixit Angelus pastoribus :
Natus est vobis hodie Saluator, qui

**est CHRISTVS DOMINVS in
ciuitate Dauid.**

**Luc: 2. Dixit Simeon: Viderunt
oculi mei salutare tuum.**

**Iohan: 1. CHRISTVS agnus
Dei, qui tollit peccata mundi.**

**Iohan: 14. IESVS dicit: Ego sum
via, & veritas & vita.**

**Actoꝝ: 4. CHRISTVS est lapis
qui reprobatus est a vobis ædifican-
tibus, qui factus est in caput anguli,
& non est in alio aliquo salus. Nec
enim aliud nomen est sub celo da-
tum hominibus, in quo oporteat
nos saluos fieri.**

XIX.

**CHRISTVS POTEST NOS
peccatoꝝ saluos facere.**

**Matth: 9. Ut sciatis quia filius ho-
minis habet potestatem in terra di-
mittendi peccata, (tunc ait paraly-
tico) Surge, tolle lectum tuum, & va-
de in domum tuam.**



CONSOLATIO

Matth: 28. I E S V S dixit: Data
est mihi omnis potestas in cœlo &
in terra,

Ioh: 1. Quotquot receperunt eū,
dedit eis potestatem filios Dei fieri,
his qui credunt in nomine eius.

Coloss: 1. In quo habemus redem-
ptionem, & remissionem peccatorū.
Qui est imago Dei inuisibilis, pri-
mogenitus omnis creaturæ: quo-
niam in ipso condita sunt vniuersa
in cœlis & in terra, visibilia & inui-
sibilia, siue throni siue dominatio-
nes, siue principatus, siue potestates,
omnia per ipsum & in ipso creata
sunt, & ipse est ante omnes, & omnia
in ipso constant.

XX.

CHRISTVS NON TAN-
tum Homo, sed etiam uerus
Deus est.

Matth: 15. I E S V S interrogabat
discipulos suos, dicens: Quem dicunt
homines esse filium hominis? Re-

PECCATORVM.

11

spondens Simon Petrus dixit : Tu es
CHRISTVS filius Dei viui.

Iohan : 1. In principio erat ver-
bum, & verbum erat apud Deum, &
Deus erat verbum. Hoc erat in prin-
cipio apud Deum.

Rom : 1. CHRISTVS factus est
ex semine Dauid secundum carnem,
qui prædestinatus est filius Dei in
virtute, secundum spiritum sanctifi-
cationis.

Iohan : 20. Dixit Thomas Chri-
sto: DOMINVS meus & DEVS
meus.

Roma: 9. CHRISTVS ē patri-
bus est secundum carnem , qui est su-
per omnia Deus benedictus in secu-
la, Amen.

Philip: 2. IESVS Christus qui cum
in forma Dei esset, non rapinam ar-
bitratus est esse se æqualem Deo.

Coloss: 1. CHRISTVS qui est
imago Dei inuisibilis, primogenitus
omnis creaturæ: quoniā in ipso con-
dita sunt vniuersa in cœlis & terra.

CONSOLATIO

Heb: 1. Vnxit te Deus, Deus tuus
oleo exultationis præ participibus
tuis.

I. Iohan: 5. Nos simus in vero fi-
lio Dei. Hic est verus Deus.

XXI.

CHRISTVS A SPIRITU
sancto sine peccato con-
ceptus est.

Matth: 1. Angelus D OM N I di-
xit Ioseph: Noli timere, accipere
Mariam coniugē tuam. Quod enim
in ea natum est, de spiritu sancto est.

Luc: 1. Angelus dixit Mariæ, Spi-
ritus sanctus superueniet in te, & vir-
tus altissimi obumbrabit tibi. Ideo-
que & quod nascetur *ex te* sanctum,
vocabitur filius Dei.

XXII.

CHRISTVS VERVS HOMO
*ex uirgine que non uirum cognos-
uit, natus est.*



Esa : 7. Ecce , virgo concipiet & pariet filium , & vocabitur nomen eius Emmanuel.

XXIII.

CHRISTVS APPELLATVS
est IESVS in salutem peccatorum.

Matth : 1. Angelus dixit Ioseph ; Maria pariet filium & vocabis nomen eius Iesum, Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis suis.

XXIV.

CHRISTVS SANCTVS EST
absq; omni peccato.

Luc : 1. Dixit Angelus Mariæ : Quod nascetur ex te sanctum , vocabitur filius Dei.

Iohan : 8. Dicit Christus. Quis ex vobis arguet me de peccato.

2. Cor: 8. Deus enim qui non nudit peccatum , pro nobis peccatum fecit.

CONSOLATIO

1. Pet: 2. CHRISTVS peccatum
non fecit , nec inuentus est dolus in
ore eius.

XXV.

CHRISTVS SINE COA-
ctione sponte se morti pro
peccatoribus tra-
dedit.

Esa: 53. Oblatus est quia voluit.

Esa: 61. Quia induit me vestimen-
tis salutis, & indumento iusticiæ cir-
cundedit me.

Iohan: 10. Propterea me diligit
pater, quia ego pono animam meam
ut iterum sumam eam , nemo tollit
eam à me. Sed ego pono eam à me-
ipso. Potestatem habeo ponendi eam,
& potestatem habeo iterum sumen-
di eam. Hoc mandatum accepi à pa-
tre meo.

Iohan: 19. Pilatus dicit: Nescis
quia potestatem habeo crucifigere te,
& potestatem habeo dimittere te.
Respondit Iesus. Non haberes po-



testatem aduersum me yllam, nisi tibi
datum esset desuper.

XXVI.

CHRISTVS NATVS, PAS:
sus, crucifixus & occisus propter
nostra peccata.

Matth: 18. Venit filius hominis
saluare quod perierat.

Matth: 20. Filius hominis venit
dare animam suam redemptionem
pro multis.

Math: 26. Bibite. hic est sanguis
meus, qui pro vobis effunditur in re-
missionem peccatorum.

Iohan: 1. Ecce, agnus Dei, qui tol-
lit peccata mundi.

Iohan: 3. Sicut Moises exaltauit
serpentem in deserto: ita exaltari o-
portet filium hominis: ut omnis qui
credit in eum, non pereat, sed habeat
vitam æternam.

Esa: 9. Parvulus natus est nobis,
& filius datus est nobis.



CONSOLATIO

Esa: 53. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras , attritus est propter sclera nostra.

Item: Disciplina pacis nostræ super eum, oblatus est ipse quia voluit, & non aperuit os suum.

Roma: 4. C H R I S T V S traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.

Roma: 5. C H R I S T V S pro nobis mortuus est, cum adhuc infirmi essemus.

Gal: 3. C H R I S T V S factus pro nobis maledictum.

1. Pet: 2. C H R I S T I liuore santi estis.

1. Pet: 4. C H R I S T V S in carne pro nobis passus est.

1. Pet: 3. C H R I S T V S semel pro nobis mortuus est,iustus pro iniustis vt nos offerret Deo.

1. Ioh: 1. Sanguis I E S V C H R I S T I emundat nos ab omni peccato.

Ephe: 5. CHRISTVS dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suavitatis.

XXVII.

CHRISTVS PROPTER
peccatores legem impleuit.

Matt: 9. Non veni vocare iustos,
sed peccatores.

Rom: 10. Finis legis Christus.

Gal: 3. CHRISTVS nos redemit
de maledicto legis, factus pro nobis
maledictum.

XXVIII.

CHRISTVS AB OMNI
peccato & damnatione nos pecca-
tores liberavit.

Vide præcedentem locum 27.

XXIX.

CHRISTVS VERAM IVSTI-
ciam quæ coram Deo constat,
meritus est.

CONSOLATIO.

Ioh: 17. Ego sanctifico me ipsum;
ut sint & ipsi sanctificati in veritate.

Rom: 5. Sicut per unius delictum,
in omnes homines in condemnationem:
Sic & per unius iusticiam,
in omnes homines in iustificationem
vitæ. Sicut enim per inobedientiam
unius hominis peccatores constituti
sunt multi: ita & per unius obedien-
tiam iusti constituentur multi.

Rom: 8. Deus filium suum mit-
tens in similitudinem carnis peccati,
& de peccato damnauit peccatum in
carne, ut iustificatio legis impleretur
in nobis, qui non secundum carnem
ambulamus, sed secundum spiritum.

Rom: 9. Gentes, quæ non secta-
bantur iusticiam, apprehenderunt
iusticiam, iusticiam autem quæ ex fi-
de est: Israel vero sectando legem
iusticie, in legem iusticie non per-
uenit. Quare? quia non ex fide, sed
quasi ex operibus. Offenderunt enim
lapidem offendit, sicut scriptum
est: Ecce pono in Sion lapidem of-

fensionis, & petram scandali: Et omnis qui credit in eum, non confundetur.

Rom: 10. Ignorantes iusticiam Dei & suam querentes statuere: Iustitiae Dei non sunt subiecti. Finis enim legis C H R I S T V S: ad iusticiam omni credenti.

2. Cor: 5. Deus C H R I S T V M qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit: ut nos efficeremur iusticia Dei in ipso.

Philipp: 3. Non habens meam iusticiam quæ ex lege est, sed illam quæ ex fide est C H R I S T I I E S V , quæ ex Deo est iusticia in fide: ad cognoscendum illum.

XXX.

C H R I S T V S E X M A N V O-
mniū hostiū nos eripuit & porrò
ad futurus est.

Matt: 15. Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualcbunt aduersus eam.



CONSOLATIO.

Luc: i. Benedictus D O M I N V S
Deus Israel : qui visitauit & fecit re-
demptionem plebis suæ , salutem ex
inimicis nostris , vt de manu inimi-
corum nostrorum liberati, seruiamus
illi sine timore omnibus diebus no-
stris.

Luc: 22. Ait D O M I N V S Simo-
ni: Simon, ecce Satanas expertiuit vos
vt cribraret sicut triticum: Ego ro-
gaui pro te, vt non deficiat fides tua.

Ioan: 10. Ques meæ vocem meam
audiunt : & ego cognosco eas, & se-
quantur me , & ego vitam æternam
do eis: & non peribunt in æternum,
& non rapiet quisquam eas de manu
mea. Pater meus quod dedit mihi,
maiis omnibus est : Et nemo potest
rapere de manu patris mei.

Iohan: 16. dicit C H R I S T V S,
confidite, ego vici mundum.

Roma: 8. Quis nos separabit à
charitate C H R I S T I? tribulatio an
angustia? an fames? an nuditas? an
periculum? an persecutio? an gladius?



sicut scriptum est, propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oves occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos.

1. Corint: 15. Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis, peccatum est: virtus verò peccati, lex. Deo autem qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum CHRISTVM.

Ephe: 4. Ascendit CHRISTVS in altum, captiuum duxit captiuitatem: dedit dona hominibus.

Colosi: 2. CHRISTVS sexspoliauit principatus & potestates traduxit confidenter palam, triumphauit illos in semetipso.

XXXI.

CHRISTVS SEDENS AD
dexteram patris intercedit pro
peccatoribus.

CONSOLATIO

Rom : 8. Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat, Quis est qui condemnet? CHRISTVS IESVS qui mortuus est, imò qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui interpellat pro nobis.

XXXII.

ROGAVIT PATREM CHRI
stus ut remitteret peccata, nosq; in
gratiam reciperet.

Esa : 51. Pro transgressoribus ro-
gauit.

Ioh: 17. IESVS subleuatis oculis in cœlum dixit: Ego pro eis rogo: non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt. Hi in mundo sunt, & ego ad te uenio. Pa-
ter sancte, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi: ut sint vnum sicut & nos, vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis. Non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Et pro eis ego



sanc*tifico me ipsum: vt sint & ipsi sanc*tificati in veritate.* Non autem pro eis rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me: vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint. Pater, quos dedisti mihi volo vt ubi sum ego, & illi sunt mecum, vt videant claritatem meam quam dedisti: vt dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.*

XXXIII.

A D H V C P R O N O B I S P E C-
catoribus coram Deo Patre inter-
cedit Christus.

Rom: 8. **Q**uis est qui condemnnet?
CHRI**S**TVS IESVS qui mor-tuus est, imò qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei.

Heb: 7. **C**HRI**S**TVS semper vi-uit ad interpellandum pro nobis.

1. Iohan: 2. Si quis peccauerit, ad-uocatum habemus apud patrem, Ie-sum **C**HRI**S**TVM iustum, & ipse



CONSOLATIO

est propitiatio pro peccatis nostris :
non pro nostris tantum , sed etiam
pro totius mundi.

XXXIII.

CHRISTI ETIAM MAN-
dato à Deo remissionem peccato-
rum petamus.

Matth: 6. Sic orabitis,dicit Christus, Dimitte nobis debita nostra, si-
cūt & nos dimittimus debitoribus
nostris.

XXXV.

IN EXTREMO IUDICIO
*nos non iudicaturus est ad
damnationem.*

Iohan: 3. Non misit Deus filium
in mundum ut iudicet mundum , sed
ut saluetur mundus per ipsum. Qui
credit in eum non iudicatur. Qui
autem non credit , iam iudicatus est:
quia non credit in nomine vnigeni-
ti filij DEI.

XXXVI.

CHRISTVS REGIT NOS
peccatores spiritu sancto, ut siamus
componentes uitæ æternæ.

Ioh: 14. dicit CHRISTVS, Ego
rogabo patrem, & alium paracletum
dabit vobis, vt maneat vobiscum in
æternum spiritum veritatis, quem
mundus non potest accipere: quia
non vidit eum nec scit eum.

Iohan: 16. dicit Christus, Si non
abiero, paracletus non veniet ad vos:
si autem abiero, mittam eum ad vos.
Et cum veniet ille, arguet mundum
de peccato, & de iusticia, & de iu-
dicio.

XXXVII.

IPSE NON PROPTER IV.
stos, sed propter peccatores natus
& mortuus est.

Matth: 9. Non veni vocare iustos
sed peccatores.

CONSOLATIO

Rom: 4. CHRISTVS iustificat
i mpios.

Rom: 5. CHRISTVS pro im-
pijs mortuus est.

1. Timot: 1. Christus in mundum
venit peccatores saluos facere.

XXXVIII.

INFIRMOS FIDE NON
neglit Christus.

Matth: 12. Arundinem quassatam
non confringet, & linum fumigans
non extinguet.

Matth: 17. CHRISTVS inquit:
O generatio incredula & peruersa,
nihilominus petentes pro Lunatico
filio exaudit.

Item: CHRISTVS non dere-
linquit Petrum ambulantem in ma-
ri cum tamen modicæ fidei esset &
dubitaret.

Iohan: 20. Thomam A postolum
non abiçcit. quamuis dicit: Nisi vide-
ro in manibus eius fixuram clauorū,
non credam eum resurrexisse.

PECCATORVM. 19

Rom: 14. Infirmum fide assumite,
Deus enim illum assumpsit.

XXXIX.

PRO NOSTRIS PECCATIS

*Christus non hircos aut uitulos, sed
seipsum obtulit & morti
tradidit.*

Heb: 9. C H R I S T V S non per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Si enim sanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: Quantò magis sanguis C H R I S T I qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundauit conscientiam nostram ab operibus mortis, ad inseruiendum Deo viuenti.

X L.

AB OMNIBVS PECCATIS

*per Christum liberati
sumus.*



CONSOLATIO

Esa:53. Posuit Dominus in eo ini-
quitatem omnium nostrum.

Rom: 5. Et non sicut per vnum
peccatum, ita & donum. Nam iudi-
cium quidem ex uno, in condemna-
tionem gratia autem ex multis deli-
ctis in iustificationem.

Iohann: 1. Sanguis I E S U Christi
filij eius emundat nos ab omni pec-
cato.

XLI.

OMNIA CONSVM AVIT
Christus, quae ad salutem nostram
necessaria erant.

Ioh: 19. CHRISTVS iam mo-
riturus pro peccatoribus inquit:
consummatum est.

Hebr: 10. Una oblatione consum-
mauit in sempiternum sanctificatos.

XLII.

CHRISTI SATISFACTIO
pro peccatis sine fine effi-
cax est.



PECCATORVM. 20

Heb: 7. Alij quidem plures facti sacerdotes, idcirco quod morte prohiberentur permanere; hic autem eo quod maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium. Vnde & saluare in perpetuum potest, accedens per semictipsum ad D E V M: Semper viuens ad interpellandum pro nobis.

X L III.

IVSTVS & BEATVS ILLE
dicitur cui peccata condonantur,
commissa & adhuc in-
bærentia.

Rom: 4. Si Abraham ex operibus legis iustificatus: habet gloriam, sed non apud Deum. Quid enim scriptura dicit? Credidit Abraham Deo & reputatum est illi ad iusticiam. Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Ei vero qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius

CONSOLATIO

ad iusticiam secundum propositum
gratiæ D E I. Sicut & David dicit :
Beatitudinem hominis , cui Deo ac-
cepto fert iusticiam sine operibus.
Beati quorum remissæ sunt iniquita-
tes , & quorum tecta sunt peccata.
Beatus vir , cui non imputauit D O-
MINVS peccatum.

Item: Iusticia ex fide: ut secundum
gratiam firma sit promissio.

Roma: 3. Ut sit ipse iustus , & iu-
stificans eum qui est ex fide I E S V
C H R I S T I.

Ro:10. Finis legis C H R I S T V S
qui credit in eum iustus est.

Item: Corde creditur ad iusticiā.

XLIIR.

R E M I S S I O N E M P E C C A-
torum non propter ulla opera nostra,
sed gratis sine operibus saltem pro-
pter merita C H R I S T I
accipimus.

Rom: 3: Iustificati gratis per gra-
tiam ipsius , per redemptionem qua-



est in CHRISTO IESV, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iusticiæ suæ, propter remissionem peccatorum.

Roma: 3. Arbitramur iustificari hominem per fidem sine operibus legis.

Tit: 3. Cum autem benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri DEI: non ex operibus iusticia quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abundè per Iesum Christum salvatorem nostrum: ut iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem, vitæ æternæ.

XLV.

GRATIAM, REMISSIONEM
peccatorum & uitam æternam per
uerbum offert & donat nobis Deus.



CONSOLATIO

Luc: 24. Duo euntes Emaus dixerunt in uicem. Nónne cor nostrum ardens erat in nobis dum loquetur in via, & aperiret nobis scripturam.

Acto: 2. His auditis compuncti sunt corde, & dixerunt quid faciemus?

Acto: 4. Multi eorum qui audierant verbum, crediderunt.

Rom: 1. Euangelium virtus Dei est, in salutem omni credenti.

1. Cor: 1. Quia in D E I sapientia non cognouit mundus per sapientiam Deum: placuit D co per stulticiam prædicationis, saluos facere credentes.

Ephes: 1. In quo & vos, cum audissetis verbū veritatis, Euangelium salutis vestræ: In quo & credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ, in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius.

SIMILITER PER SACRA-
menta D E V S offert suam
gratiam.

Mar: 16. Qui crediderit & bapti-
satus fuerit : saluus erit.

Iohan: 3. Nisi quis renatus fuerit
ex aqua & spiritu sancto, non potest
introire in regnum D E I.

Acto: 2. Petrus ad illos, pœni-
tentiam, inquit , agite, & baptizetur
vnuſquisq; vestrum in nomine Iesu
C H R I S T I in remissionem pecca-
torum.

Acto: 10. Adhuc loquente Petro,
cecidit Spiritus sanctus super omnes
qui audiebant verbum.

Gal: 3. Ex operibus legis spiritum
aceperistiſt, an ex auditu fidei.

Tit: 3. Deus saluos nos fecit , per
lauacrum regenerationis & renoua-
tionis spiritus sancti.

CONSOLATIO

XLVII.

GRATIAM à DEO NOBIS
in uerbo & Sacramentis oblatam,
sola fide in Christum apprehendimus
& applicamus nobis.

ITEM: SOLA FIDE IVSTI-
ficamur & remissionem pecca-
torum accipiamus.

Mar: 16. Qui crediderit & bapti-
satus fuerit: saluus erit.

Luc: 7. Dixit C H R I S T V S ad
mulierem, fides tua te saluum fecit:
vade in pace.

Iohan: 3. Sic Deus dilexit mun-
dum, ut filium suum unigenitum da-
ret: ut omnis qui credit in eum, non
pereat sed habeat uitam æternam.

Acto: 10. Huic omnes Prophetæ
testimonium perhibent, remissio-
nem peccatorum accipere omnes
per nomen eius.

Acto: 16. Dicit Paulus custodi car-
ceris: crede in D O M I N U M , &
saluus eris tu & domus tua.

Roma: 3. Arbitramur iustificari hominem per fidem sine operibus legis.

Rom: 5. Fide iustificati sumus.

Ephes: 2. Gratia estis saluati per fidem & hoc non ex vobis, Dei donum est, ne quis gloriatur.

Philip: 3. Non habens meam iusticiam quæ ex lege est, sed illam quæ est ex fide Christi I E S V, quæ ex D E O est iusticia in fide; ad cognoscendum illum.

XLVIII.

FIDEM DONAT DEVS
per Spiritum sanctum in
uerbo.

Luc: 17. Dixerunt Apostoli Dominou: Adauge nobis fidem.

Luc: 22. Ait D O M I N U S Simoni: Ego rogaui pro te ut non deficiat fides tua.

Mar: 9. Exclamans pater pueri: Credo D O M I N E; adiuua incredulitatem meam.

CONSOLATIO

Iohan: 6. Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille.

Gala: 5. Fructus spiritus est: charitas, gaudium, patientia, pax, fides.

Ephes: 2. Saluati estis per fidem & hoc non ex vobis.

Philip: 1. Vobis donatum est pro Christo ut in eum credatis.

Acto: 4. Multi eorum qui audierant verbum, crediderunt.

Acto: 10. Fides ex auditu auditus per verbum CHRISTI,

XLIX.

GRATIAM DEI & REMIS-
SIONEM PECCATORUM ACCEPTAM CONFIR-
MANT ETIAM SACRAMENTA, NE DE CA DU-
BITEMUS SED FIRMIUS CRE-
DAMUS.

Matth: 18. Amen dico vobis, quæcunq; alligaueritis super terrā, erunt & ligata in cœlo; & quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo.



Acto: 8. Ait Eunuchus ad Philip-pum: Ecce aqua , quis prohibet me baptizari? Dixit autem Philippus: Si credis ex toto corde, licet. Et respon-dens ait , credo filium Dei esse Iesum C H R I S T V M . Et iussit stare cur-rum: & descenderunt vterq; in a-quam , Philippus & Eunuchus , & baptizauit eum.

Rom:4. Abraham accepit signum circumcisio-nis , signaculum iusticie fidei.

L.

OMNES REMISSIONEM
peccatorum, quamvis grauia et mul-tiplicia sint, fide in Christum
accipiunt.

2. Paralip: 30. D O M I N V S bo-nus propiciabitur cunctis qui in to-to corde requirunt D O M I N V M Deum patrum suorum: & non im-putabit eis, quod minus sanctificati sunt.

CONSOLATIO

Psal: 145. Suavis D O M I N V S
vniuersis , & miserationes eius super
omnia opera eius.

Esa: 55. Omnes sicutientes uenite ad
aquas, & qui non habetis argentum,
properate, emite & comedite.

Matth: 11. Venite ad me omnes qui
laboratis & onerati estis; & ego refi-
ciam vos.

Iohan: 5. Quotquot receperunt
eum , dedit eis potestatem filios Dei
fieri,his qui credunt in nomine eius.

Ioh: 3. Sic D E V S dilexit mun-
dum,vt filium suum unigenitum da-
ret: ut omnis qui credit in eum,non
pereat, sed habeat uitam æternam.

Iohan: 12. Ego si exaltatus fuero
à terra, omnia traham ad meipsum.

Rom: 11. Conclusit Deus omnia
in incredulitate , ut omnium mise-
reatur.

2.Cor: 5. C H R I S T V S pro no-
bis est mortuus.

1.Timor: 1. Christus dedit redem-
ptionem semetipsum pro omnibus.



Actor: 10. Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent, remissionē peccatorum accipere per nomen eius omnes, qui credunt in eum.

L I.

HAEC DOCTRINA DE
remissione nostrorum peccatorum
est certissima.

Actor: 10. Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent, remissionē peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum.

Timot: 1. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus: quod Christus I E S U S uenit in mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum.

L II.

EXEMPLA EORVM Q VI-
bus multiuaria & horrenda peccata
condonata & uita æterna
donata est.

Samuel: 12. Dixit Dauid ad Na-
than: peccaui D OMINO. Dixit



CONSOLATIO

Nathan ad Dauid: DOMINVS
quog̃ transtulit peccatum tuum, non
morieris.

Matth: 9. Dixit I E S V S paraly-
tico: confide fili: remittuntur pec-
cata tua.

Matth: 15. C H R I S T V S dixit
Mulieri Cananeæ: O mulier, magna
est fides tua, fiat tibi sicut uis.

Matth: 18. Misertus Rex serui il-
lius cum non haberet unde redderet,
dimisit eum, & debitum dimisit ei.

Luc: 7. Dicit C H R I S T V S Pha-
risæo: Remittuntur ei peccata multa
quoniam dilexit multum, dixit ad
mulierem: Fides tua te saluam fecit;
uade in pace.

Luc: 15. Idem testatur C H R I S T V S
de prodigo filio.

Luc: 18. Publicanus stans à longe
nec uolebat oculos ad cœlum leuare:
sed percutiebat pectus suum, dicens:
D E V S propitius esto mihi pecca-
tori. Dico uobis, descendit hic iusti-
ficatus in domum suam.

Luc: 19. Dicit C H R I S T V S Z a-
chæo stanti in arbori Sycomorum :
Festinans descendere, quia hodie in do-
mo tua oportet manere , & dicit ad
eum, hodie salus domui huic facta est:
eo quod & ipse filius sit Abrahæ.

Luc: 23. C H R I S T V S dicit ad
Latronem pendentem in cruce qui
simul cum eo interficiebatur : Amen
dico tibi, Hodie tecum eris in Pa-
radyso.

Exemplum de conuersione Pauli
in Actis Apostolorum, cap: 9.

L III.

SINGVLIS DIEBVS DEVS
peccatores agentes poenitentiam
in gratiam recipit.

Esa: 60. Aperientur portæ tuæ iu-
giter: die ac nocte non claudentur.

Tren: 3. Misericordia D O M I N I :
quoniam non sumus consumpti,
quia non defecerunt miserationes
eius. Noui diluculo multa est fides
tua.



CONSOLATIO

Luc: 23. Latro dicit ad I E S V M,
D O M I N E, memento mei cum ve-
neris in regnum tuum. Et dixit illi
I E S V S: Amen dico tibi, hodie me-
cum eris in Paradyso.

De hac consolatione contra a-
gnitionem & terrorem peccati lege
libellum meum, de Consolatione
peccatoris, in quo sententiae præscri-
ptæ enarrantur. Item libellum Pre-
cationum, & Consolatoria
sententias ex Tomis D.
Lutheri, à me col-
lectas.

**CONSOLATIO
CONTRA TENTATIO-
NES & terrores Iræ Dei, Legis,
Diaboli, Inferni, & æternæ
damnationis.**

I.

D E L E G E.

Psalm: 52. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputavit D O M I N V S peccatum, nec est in spiritu eius dolus.

Matth: 5. Dicit Christus: Nolite putare quoniam veni soluere Legem aut Prophetas, Non veni soluere; sed ad implere.

Roma: 5. Non sub lege estis, sed sub gratia.

Roma: 8. Nam impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem: Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in car-



LEX, IRA DEI,

ne, vt iustificatio legis impleretur in nobis.

Rom: 10. Finis legis CHRISTVS ad iusticiam credenti.

Galat: 2. Scientes quod non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem I E S U credimus, vt iustificemur ex fide CHRISTI, & non ex operibus legis. Propter quod ex operibus legis non iustificabitur omnis caro.

Galat: 3. Iustus ex fide sua viuit.

Galat: 4. Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege: vt eos qui sub lege erant redimeret.

DE IRA DEI.

Psal: 103. Miserator & misericors DOMINVS, longanimis, & multum misericors. Non in perpetuum irascetur, neq; in æternum comminabitur. Non secundum peccata nostra fecit nobis, neq; secundū iniquitates nostras retribuit nobis. Quo-



niam secundum altitudinem cœli à terra corroborauit misericordiam suam super timentes se. Quantum distat ortus ab occidente, longe fecit à nobis iniquitates nostras. Quomodo miseretur pater filiorum misertus est D O M I N V S timentibus se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrum. Recordatus est quoniam puluis sumus.

Mich: 7. Qui Deus similis tui: qui auferas iniquitatem: & transfers peccatum reliquarum hæreditatis tuæ? Non immittet ultra furorem suum: quoniam volens misericordiam est. Reuertetur & miserebitur nostri. Deponet iniquitates nostras: & proieciet in profundum maris omnia peccata nostra.

Iohan: 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum vnigenitum daret: ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

Rom: 3 Proposuit Deus Christum propitiatorē p fidē in sanguine ipsius.

LEX, IRA DEI,

Rom: 5. Commendat charitatem suam Deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Multo magis nunc in sanguine ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum.

Item: Iustificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum I B S V M Christum: per quem habeamus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus & gloriamur in spe gloria filiorum Dei.

Rom: 8. Si Deus pro nobis: quis contra nos? Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cū illo omnia nobis donauit.

1. Tim: 2. Deus omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.

1. Iohan: 2. Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum C H R I S T V M iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris,



non pro nostris autem tantum , sed
& pro totius mundi.

D E D I A B O L O .

Genes: 3. Deus sic alloquitur Diabolum post lapsum hominis: Inimicitias ponam inter te & mulierem: & semen tuum & semen illius : illud conteret caput tuum ; & insidiaberis calcaneo eius.

Matth: 16. Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.

Luc: n. Christus erat ejiciens Dæmonium ; & illud erat mutum.

Lu: 22. Ait D O M I N V S Simoni, Simon, Ecce Saranas expetiuit vos ut cibraret, sicut triticum : Ego autem rogaui pro te, ut non deficiat fides tua.

Iohan: 10. Dicit C H R I S T V S : Oues meæ vocem meam audiunt , & ego cognosco eas , & sequuntur me. Et ego vitam æternam do eis: & non

LEX, IRA DEI,

peribunt in æternum : & non rapiet
eos quisquam de manu mea.

Iohan : 15. Confidete , ego vici
mundum.

Rom:8. Certus sum quia neq; mors
neq; vita, neq; angelii, neq; principa-
tus, neq; virtutes, neq; instantia, neq;
futura, neq; fortitudo, neq; altitudo,
neq; profundum , neq; creatura alia
poterit nos separare à charitate Dei,
quæ est in Christo Iesu D O M I N O
nstro.

Ephes:4. Christus ascendens in al-
tum, captiuam duxit, captiuitatem

Ephes:6. Sumentes scutum fidei,
in quo possitis omnia tela nequissi-
mi ignea extinguere. Et galeam sa-
lutis adsumite , & gladium spiritus,
quod est verbum Dei.

DE MALEDICTIONE &
damnatione æterna.

Gene: 22. Benedicentur in semine
tuo omnes gentes terræ.

D I A B O : D A M N A : 30

Esa: 9. Iugum oneris eius & virgam humeri eius: & sceptrum exactoris eius superasti.

Marc: 15. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui vero non crediderit condemnabitur.

Luc: 11. Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

Iohan: 3. Omnis qui credit in C H R I S T V M non pereat sed habeat vitam æternam.

Iohan: 5. Qui credit in Christum in iudicium non venit.

Rom: 8. Nihil damnationis est ihs qui sunt in Christo Iesu.

Rom: 8. Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat. Quis est qui condemnet: Christus I E S U S qui mortuus est, immo qui resurrexit, qui est ad dexteram Dei, & interpellat pro nobis.

Rom: 10. Qui credit in C H R I S T V M, iustus est.

CONSOLATIO

I.

DEVS NON MORTVO:
rum sed uiuentium est Do-
minus.

Exod:3. Deus ait ad Moisen: Ego
sum Deus patrum vestrorum, Deus
Abraham & Deus Isaac & Deus
Iacob.

Matth: 22. De resurrectione mor-
tuorum non legistis quod dictum
est à Deo , dicente vobis. Ego sum
Deus Abraham , & Deus Isaac &
Deus Iacob. Non est Deus mortuo-
rum, sed uiuentium.

II.

DEVS NON VVLT
æterna morte perire
homines.

Psalm : nö. Pretiosa in conspectu
Domini mors Sanctorum.

Sapien: 1. Deus mortem non fecit
nec læfatur in perditione viuorum.

CONTRA MORTEM. 31

Ezech: 33. Viuo ego dicit Dominus Deus. Nolo mortem impij, sed ut conuertatur impius à via sua & viuat.

III.

DEVS FILIVM SVVM AD
hoc destinauit, ut opera Diabolisci-
cet peccatum & mortem
destrueret.

Genes: 3. Inimicitias ponam inter
te & mulierem & semen tuum, & se-
men illius, illud conteret caput tuū;
& tu insidiaberis calcaneo eius.

III.

DEVS PATER NOSTER
est æternus, Ergo nos filij ipsius æter-
ni futuri sumus & im-
mortales.

Sapi: 5. Iusti in perpetuum viuent.

Sapi: 33. Regnabit Dominus san-
ctorum in perpetuum.

Esa: 9. Nomen eius consiliarius,
Deus fortis, pater futuri sæculi, prin-
ceps pacis.



CONSOLATIO

i. Thessa.4. Erimus cum Domino
semper.

V.

DEVS POLLICETVR, SE
nos ex morte liberaturum.

Esa: 25. D O M I N V S exercituum
præcipitabit in monte isto faciem
vinculi colligati super omnes popu-
los; & telam quam orditus est super
omnes nationes. Præcipitabit mor-
tem in sempiternum. D O M I N V S
Deus lachrymam ab omni facie, &
opprobrium populi sui auferet de
omni terra.

Esa: 26. Viuent mortui, & inter-
fecti mei resurgent.

Item: Vade populus meus, intra
in cubicula tua: Claude ostia tua su-
per te, abscondere modicum ad mo-
mentum donec pertranseat indi-
gnatio.

Esa: 35. Redempti à D O M I N O ,
conuertentur & venient in Syon cum
laude & laetitia sempiterna super ca-
put eorum. Gaudium & laeticiam



obtinebunt, & fugient dolores gemitus.

Ezech: 17. Ecce, ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris populus meus, & inducam vos in terram Israel, & scient quia ego D O M I N V S cum apperuero sepulchra vestra, & eduxero vos de tumulis vestris populus meus, & dederō Spiritum meum in vobis, & vixeritis & requiescere vos faciam super humum vestram & scietis quod ego D O M I N V S locutus sum & feci, ait D O M I N V S Deus.

Daniel: 12. Multi de his qui dormiunt in terrae puluere euigilabunt, alij in vitam æternam, alij in opprobrium. Qui docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iusticiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.

Osee: 13. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. Ero mors tua ô mors, morsus tuus ero in ferne.

CONSOLATIO

2. Corint. 4. Qui suscitauit Iesum
& nos cum Iesu resuscitatib, & con-
stituet yobiscum.

VI.

DEVS TRANSFERENDO
quosdam homines e uiuis ad uitam æter-
nam, fidem nostram de resurrectione
nostrorum corporum confir-
mare uoluit.

Genes: 5. Enoch qui ambulauit
cum DEO non amplius apparuit
quia tulit eum Deus.

2. Reg: 2. Ecce igneus currus &
ascendit Helias per turbinem in cœ-
lum.

VII.

DEO CVRAE SVNT MOR-
tui, & in morte non manebunt.

Genes: 4. Vox sanguinis fratris
tui clamat ad me de terra.

Psalm: 116. Preciosa in conspectu
DOMINI mors sanctorum.



Matth: 23. Ut veniat super uos omnis sanguis qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti usq; ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ.

VIII.

VISIONE INSIGNI DEVS
Ezechieli resurrectionem mortuorum
demonstravit atq; confir-
mavit.

Ezech: 37. Facta est super me manus D O M I N I , & eduxit me in spiritum D O M I N I , & dimisit me in medio campi qui erat plenus ossibus, & circuduxit me per ea in Gyro. Erant autem multa ualde super faciem campi siccag; vehementer. Et dixit ad me: Fili hominis, putasne viuent ossa ista? & dixi: D O M I N E Deus tu nosti. Et dixit ad me: Vaticinare de ossibus istis & dices eis. Ossa arida audite verbum Domini. Hæc dicit Dominus D E V S ossibus. Ecce ego intromitto in vos spiritum & viuetis, & dabo super uos neruos,



CONSOLATIO

& succrescere faciam super vos carnes, & super extendam in vobis cutem: & dabo vobis Spiritum & viuetis, & scietis quod ego D O M I N U S. Et prophetaui sicut præceperat mihi. Factus est autem sonitus, prophetante me, & ecce commotio, & accesserunt ossa ad ossa, vnumquoq; adiuncturam suam. Et vidi, & ecce super ea ueni & carnes ascenderunt & extenta est in eis cutis desuper, & spiritum non habebant. Et dixit ad me; Vaticinare fili hominis, & dicens ad spiritum. Hæc dicit Dominus Deus: A quatuor ventis veni spiritus, & insuffla super imperfectos istos & reuiscant. Et prophetaui sicut præceperat mihi, & egressus est in ea spiritus, & reuixerunt: steteruntq; super pedes suos exercitus grandis nimis ualde. Et dixit ad me; fili hominis, ossa hæc vniuersa domus Israel est. Ipsi dicunt: Aruerunt ossa nostra & perire spes nostra, & absconsi sumus. Propterea uaticinare & dices ad eos:

CONTRA MORTEM. 34

Hæc dicit D O M I N V S Deus. Ecce ego aperiam tumulos uestros, & educam uos de sepulchris uestris populus meus: & inducam uos in terram Israel, & scietis quod ego Dominus cum apetuero sepulchra uestra & eduxero uos de tumulis uestris populus meus & dedero Spiritum meum in uobis, & uiixeritis & requiescere uos faciam super humum uestram & scietis quod ego Dominus locutus sum & feci, ait D O M I N V S Deus.

Apocalip: 20. Vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni, inquit Ioannes Apostolus.

IX.

T Y P I S Q V I B V S D A M I N
ueteri testamento Deus resurrectio-
nem exhibuit.

Exod: 12. Deus non permittebat percusionem ingredi domos Israëlitarum qui sanguine agni utrumq postem asperserant.



CONSOLATIO

Nume: 21. Israelitæ à serpentibus
ignitis vulnerati aspectu ænei ser-
pentis sanabantur.

Nume: 17. Virga Aaronis arida
germinat.

Iudi: 15. Samson mandibula asini
mille uiros interfecit.

Item: DOMINVS molarem
dentem in illa maxilla asini aperuit
& egressæ sunt aquæ, quibus hone-
stus Samson se refocillavit astatim
uires recepit.

X.

RESVR RECTIONEM CAR-
nls nostræ Deus semine iacto in agrum
in uere demonstrat.

Iohan: 12. Nisi granum frumenti
adens in terram mortuum fuerit,
ipsum solum manet: Si autem mor-
tuum fuerit, multum fructum adfert.
Qui amat animā suam, perdet eam,
& qui odit animam suam in hoc
mundo, in uitam æternam custodit
eam.

XI.

DEVS NOS EX SVM MIS
angustijs, morbis, præter omnem expe-
ctationem liberando, se nos ex morte
posse & uelle resuscitare testatur.

2. Corint: 1. Non uolumus igno-
rare uos fratres de tribulatione no-
stra quæ facta est in Asia, quoniam
supra modum grauati sumus supra
uirtutem, ita ut tæderet nos etiam
viuere. Sed ipsi, in nobis responsum
mortis habuimus, ut non simus fi-
dentes in nobis, sed in Deo qui susci-
tat mortuos, qui de tantis periculis
nos eripuit & eruit, in quem spera-
mus quoniam & adhuc eripiet.

2. Corint: 11. In mortibus fui, in
periculis fluminum, in periculis la-
tronum, periculis in mari, periculis
in falsis fratribus.

XII.

PROPTEREA CHRISTVS
homo factus, ut nos ex morte
redimeret.

CONSOLATIO

Luc: 1. Illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent ; ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

XIII.

CHRISTVS IDEO MORTUUS EST & resurrexit ut nos suae resurrectionis & uitae æternæ redderet participes.

Marth: 28. Angelus dixit mulieribus : Nolite timere uos, scio quod Iesus qui crucifixus est, quæritis, non est hic, surrexit , sicut dixit. Et cito cantes, dicite discipulis eius, quia surrexit.

Rom: 5. CHRISTVS cum adhuc infirmi essemus secundum tempus pro impijs mortuus est, commendat charitatem suam Deus in nobis, quoniam adhuc peccatores essemus , si reconciliati sumus Deo, per mortem filij eius : cum inimici essemus multo magis reconciliati salui erimus in uita ipsius.



CONTRA MORTEM. 36

Rom: 4. Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.

Rom: 6. Quod Christus mortuus est peccato, mortuus est semel.

Rom: 14. In hoc CHRISTVS mortuus est, & resurrexit, ut & uiuorum & mortuorum dominetur.

I. Corint: 15. CHRISTVS mor-
tuus est pro peccatis nostris secun-
dum scripturas.

Col: 1. Christus reconciliauit nos
in corpore carnis suæ per mortem.

XIIII.

OFFICIVM CHRISTI EST,
nos ex morte ad uitam æternam
transferre.

Rom: 4. Qui uiuiscat mortuos,
& uocat ea quæ non sunt, tanquam
ea quæ sunt.

Iohan: 6. Hæc est voluntas eius
qui misit me, ut omnis qui uidet fi-
lium & credit in eum, habeat uitam

CONSOLATIO

æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.

Iohan: 6. Ego sum panis vitæ dicit CHRISTVS.

2. Corinth: 1. Non sumus fidentes in nobis, sed in Deo qui suscitat mortuos, qui de tantis periculis nos eripuit & eruit.

Heb: 9. CHRISTVS emundavit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad inseruiendum Deo viuenti.

Apocal: 1. Sum primus & nouissimus, & uiuus & fui mortuus. Et ecce sum uiuens in secula seculorum, & habeo claves mortis & inferni.

XV.

PROPTER CARNIS NOSTRÆ resurrectionem CHRISTVS primitia mortuorum, item primogenitus mortuorum resurrectio & uita appellatur, & reuera est.



CONTRA MORTEM. 37

Iohan: ii. Ego sum resurrectio & vita.

i. Corinth: 15. Nunc autem Christus resurrexit a mortuis , primitiae dormientium.

Coloss: i. CHRISTVS est principium , primogenitus ex mortuis , ut sit in omnibus ipse primatum tenens.

XVI.

CHRISTVS AETERNA
uita nos uult frui.

Iohan: 5. Dicit Christus. Sicut pater suscitat mortuos & uiuificat , sic & filius quos vult uiuificat .

XVII.

LIBERATIONEM A MOR-
te nobis Christus promittit.

Iohan: ii. Ego sum resurrectio & vita , qui credit in me , etiāsi mortuus fuerit , uiuet . Et omnis qui uiuit & credit in me , non morietur in æternum .



CONSOLATIO

Ose: 13. De manu mortis liberabo eos , de morte redimam eos. Ero mors tua ô mors,morsus tuus ero inferne.

XVIII.

CHRISTVS POTEST EX
morte nos liberare.

Sapien:15. Tu es Domine qui vitæ & mortis habes potestatem.

Ioh : 5. Amen , Amen dico vobis, dicit CHRISTVS , venit hora & nunc est,quando mortui audient vocem filij Dei,& qui audierint viuent. Sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio habere vitam in semetipso.

Roma: 14. In hoc CHRISTVS mortuus est , & resurrexit , vt viuorum & mortuorum dominetur.

XIX.

IN IPSO FACTO QVOD
resuscitauerit quosdam mortuos ante passionem Christus suam potentiam contra mortem exhibuit & resurrectionem nostram confirmauit.

CONTRA MORTEM. 38

Matth: 9. CHRISTVS filiam principis mortuam imponendo manum resuscitauit.

Luc: 7. Filium viduae in Nain cum iam ad sepulturam deportaretur resuscitauit CHRISTVS.

Luc: 9. Cum Christus cum Petro Iohanne & Iacobo montem Thabor ascenderet & ibidem oraret, Moses & Elias apparuerunt & cum ipso de passione sua collocuti sunt.

Iohan: 11. Lazarum mortuum & sepultum resuscitat Christus.

XX.

CHRISTVS IN MORTE
quoq; sua demonstrauit se Dominum
mortis esse.

Nam propria potestate tertia die à mortuis resurrexit ut prædixerat. Et Matthæi 27. dicitur, quod in morte sua monumenta aperta sint, & multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerint: Et exeentes de monumentis post resurrectionem



CONSOLATIO

ei⁹s venerunt in sanctam ciuitatem,
& apparuerunt.

XXI.

PER APOSTOLOS CHRI-
STUS post resurrectionem suam quoſ-
dam uerē mortuos reſu-
ſitauit.

Matth: 10. CHRISTVS præci-
pit Apostolis ut mortuos resulcident
in suo nomine.

Acto: 9. Petrus puellam Thabiteā
diētam mortuam resuscitat.

Act: 20. Paulus adolescentem Eu-
tichum mortuum resuscitat.

XXII.

CHRISTVS CAPVT RE-
surrexit à morte igitur & nos qui
membra sua sumus, re-
ſurgemus.

1. Corinth: 15. Nunc autem Chri-
stus surrexit à mortuis , primitiæ
dormientum , quoniam quidem per
hominem mors, & per hominem re-

CONTRA MORTEM. 39

surrectio mortuorum, Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes viuiscabuntur.

XXIII.

CHRISTVS MORTI POTE-
statem qua alias contra nos homines
usus fuisset eripuit.

2. Timoth: 1. CHRISTVS destruxit mortem, illuminauit vitam & incorruptionem.

Ebre: 2. Videmus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum, ut gratia Dei pro omnibus gustaret mortem.

XXIV.

CHRISTVS MOR-
tem uicit.

Ioh: 16. Confidite, ego vici mun-
dum.

1. Corinth: 15. Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus.



CONSOLATIO

XXV.

CHRISTVS ADHVC LIBERAT & protegit à morte.

2. Corinth : 1. Non simus fidentes in nobis, sed in Deo qui suscitauit mortuos, qui de tantis periculis nos eripuit & eruit.

1. Corinth: 15. Deo gratia qui dedit nobis victoriam per Dominum IESVM CHRISTVM.

XXVI.

CAVSAM MORTIS SCILI-
cet peccatum Christus sustulit propte-
rea mors iure suo contra nos
priuata est.

Roman: 6. Stipendium peccati mors, gratia autem Dei, vita æterna in Christo Iesu Domino nostro.

Iohan: 1. CHRISTVS agnus Dei qui tollit peccata mundi.

1. Corinth: 15. Stimulus mortis, peccatum.



CONTRA MORTEM. 40

XXVII.

CAVSAM VITAE VERAM
scilicet iusticiam coram Deo Christus
nobis acquisiuit atq;
donauit.

Rom: 4. CHRISTVS traditus
est propter delicta nostra, & resurre-
xit propter iustificationem nostram.

Rom: 5. Sicut per vnius delictum
in omnes homines in condemnatio-
nem, sic & per vnius iusticiam in o-
mnes homines in iusticiam vitæ.
Sicut enim per inobedientiam vnius
hominis peccatores constituti sunt
multi: Ita per vnius obedientiam,
iusti constituentur multi. Sicut pec-
catum regnauit in mortem, ita &
gratia regnet per iusticiam in vitam
æternam per Iesum CHRISTVM
DOMINVM nostrum.

XXVIII.

CHRISTVS VITAM AE-
ternam nobis emeritus est.

CONSOLATIO

Iohan: 5. Sicut pater suscitat mortuos & viuiscitat, sic & filius quos vult viuiscitat.

Item: 5. Amen Amen dico vobis, venit hora & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint, viuent.

Iohan: 6. Qui credit in me habet vitam æternam.

Item : Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.

Ioh : 10. Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me.

Item: Ego ueni ut vitam habeant, & abundantius habeant.

Item : Animam meam pono pro ouibus meis.

Iohan: 11. Ego sum vita & resurrectio, qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, viuet. Et omnis qui viuit & credit in me: non morietur in æternum.

CONTRA MORTEM. 41

Iohan: 14. Ego viuo & vos viuetis
dicit **CHRISTVS.**

XXIX.

CHRISTVS VVLT NOS
cum ipso esse in uita æterna & hoc ora-
tione sua, à patre suo impe-
trauit.

Iohan: 17. Pater, quos dedisti mi-
hi, volo, ut ubi ego sum, & illi sint
meum.

XXX.

CHRISTVS RESVRRE-
ctionis suæ participes reddit omnes qui
credunt, uerbum suum audiunt,
& Sacramentis fide
utuntur.

Iohan: 5. Amen Amen dico uo-
bis, qui uerbum meum audit & cre-
dit ei qui misit me, habet uitam æter-
nam, & in iudicium non uenit, sed
transiit à morte in uitam.

Ioh: 8. Amen Amen dico uobis,
si quis sermonem meum seruauerit
mortem non uidebit in æternum.

CONSOLATIO

Rom 6. Quicunq**�** baptizati sumus
in Christo I E S V in morte ipsius
baptizati sumus.

Roman : 10. Si confitearis ore tuo
D O M I N U M I E S V U M , & corde
tuo credideris, quod Deus illum ex-
citauit à morte saluus eris.

XXXI.

RESVRRECTIO ALIQVO
modo dudum in nobis cœpit, pessima
enim de morte scilicet æterna
liberati sumus.

Psal:56. In me sunt Deus uota tua,
reddam laudationes tibi. Quo-
niam animam meam eripuisti de
morte.

Plal: n6. Circundederunt me do-
lores mortis, & pericula inferni in-
uenerunt me. Tribulationem & do-
lorem inueni, & nomen D O M I N I
inuocavi. O D O M I N E libera ani-
mam meam.

CONTRA MORTEM. 42

Iohan:5. Amen Amen dico uobis qui uerbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet uitam æternam, & in iudicium non uenit, sed trānsiit à morte in uitam.

Ephe: 2. Deus qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, conuiuiscavit nos C H R I S T O , cuius gratia estis saluati & conresuiscitauit nos.

Coloss: 2. In C H R I S T O resurrexisti per fidem operationis Dei, qui suscitauit illum à mortuis. Et uos cum mortui essetis in delictis conuiuiscavit cum illo.

XXXII.

ANIMAM NOSTRAM IM-
mortalitate Christus ornauit.

Sapien: 3. Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori, & æstimata est af-

CONSOLATIO

flictio, exitus illorum. Et ab itinere
iusto abierunt in exterminium, &
quod à nobis est iter exterminij, illi
autem sunt in pace. Et si coram ho-
minibus tormenta passi sunt, spes il-
lorum immortalitate plena est.

Matth : 10. Nolite timere eos qui
occidunt corpus, animam non pos-
sunt occidere.

Acto: 7. Cum Stephanus lapida-
retur ait: DOMINE IESV, su-
scipe Spiritum meum.

i. Thess: 5. Spiritus uester & ani-
ma & corpus sine querela in aduentu
DOMINI nostri Iesu CHRISTI
conseruetur.

Iaco: 5. Qui conuerti fecerit pec-
catorem ab errore uiæ suæ, saluabit
animam eius à morte.

XXXIII.

PIORVM MERCEDEM

Deus ad resurrectionem car-
nis differt.

CONTRA MORTEM. 43

Matth; 5. Merces uestra copiosa est
in cœlis.

1. Pet: 1. Benedictus Deus & pater
D O M I N I nostri Iesu **C H R I S T I**
qui secundum misericordiam suam
magnam regenerauit nos in spem
viuam, per resurrectionem **I E S V**
C H R I S T I ex mortuis, in hæreditatem
incorruptibilem, & incontaminatam,
& immarcessibilem, conseruatam
in cœlis in uobis, qui in
virtute Dei custodimini per fidem
in salutem, paratam reuelari in tem-
pore nouissimo. In quo exultabitis,
modicum nunc, si oportet, contrista-
ri in varijs temptationibus.

2. Thesi: 1. Iustum est apud Deum
retribuere tribulationem ihs, qui nos
tribulant, & vobis qui tribulamini
requiem nobiscum in reuolutione
D O M I N I **I E S V**, de cœlo cum
angelis virtutis eius.



CONSOLATIO

XXXIV.

FIDES, PIETAS, SPES ATQ;
omnis cultus Dei manū est si non ex-
pectanda est resurrectio.

i. Corint; 15. Si mortui non resur-
gunt, neq; C H R I S T V S resurrexit,
Quod si Christus non resurrexerit,
inanis est prædicatio nostra & ina-
nis est fides vestra.

XXXV.

MORS NON NOCET
sed prodest pijs.

Psalm : 116. Pretiosa in conspectu
Domini mors sanctorum eius.

Ecclesi: 30. Melior est mors quam
vita amara, & requies æterna quam
languor persecuerans.

Item 41. O mors bonum est iudi-
cium tuum homini indigenti, & qui
minoratur viribus defecto ætate, &
cui de omnibus cara est & incredibi-
li qui perdit sapientiam.



Esa: 57. Facie militiae collectus est iustus, venit pax, requiescat in cubili suo qui ambulauit in directione sua.

Sapien: 3. Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis, vissi sunt oculi insipientium mori, & æstimata est afflictio exitus illorum. Et ab itinere iusto abierunt in exterminū, illi autem sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passa sunt, spes illorum immortalitate plena est.

Sapien: 4. Iustus si morte præoccupatus fuerit in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis non diuturna, neq; annorum numero computata. Cani autem sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. Placens Deo factus dilectus & viuens inter peccatores translatus est. Radius est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fætio deciperet animam illius. Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona, & inconstans concupiscentiae transuerit

CONSOLATIO

sensem sine malitia. Consummatus
in breui expleuit tempora multa,
placita enim erat Deo anima illius,
propter hoc properauit educere il-
lum de medio iniquitatum.

Rom: 6. Qui mortuus est, iustifi-
catus est à peccato.

Apocalip: 14. Beati mortui, qui in
Domino moriuntur. A modo, iam
dicit spiritus ut requiescant à labori-
bus suis, opera enim illorum se-
quuntur illos.

XXXVI.

RESVRRECTIONEM CAR-
nis docent & attestantur omnes Pro-
phetæ & Apostoli.

Esa: 26. Aperite portas & ingre-
dietetur gens iusta, custodiens veritatē.

Esa: 35. Redempti à DOMINO,
conuertentur & venient in Syon cū
laude & lætitia sempiterna, super ca-
put eorum gaudium & læticiam ob-
tinebunt, & fugiet dolor & gemi-
tus.



CONTRA MORTEM. 45

Phil: 3. CHRISTVS reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ.

1. Thes: 4. Si credimus quod Iesus CHRISTVS mortuus est & resurrexit, ita & Deus eos qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo.

XXXVII.

PII HOMINES NVNQVAM
de resurrectione & uita æterna
dubitarunt.

Iob: 19. Scio, quod redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum. Et rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum. Quem visurus ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non aliis.

Psal: 115. Circundederunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me: Inuocavi nomen Domini. O DOMINE libera animam meam.



CONSOLATIO

Psal: 117. Non moriar sed viuam,
& narrabo opera D OM I N I .

Roma: 6. Si mortui sumus cum
Christo, credimus quod simul etiam
vieuemus cum C H R I S T O .

Rom: 14. Nemo nostrum sibi vi-
uit, & nemo sibi moritur. Siue enim
vieuimus D OM I N O vieuimus, siue
morimur, Domino morimur. Siue
ergo vieuimus siue morimur Domini
sumus. In hoc enim Christus mor-
tuus est & resurrexit, vt viorum &
mortuorum dominetur.

2. Corinth: 4. Scientes, quoniam
qui suscitauit Iesum, & nos cum Iesu
suscitabit, & constituet vobiscum.

XXXVIII.

PII MAGNO DESIDERIO
mortem expectarunt eamq; à Deo
petierunt.

1. Reg: 19. Elias petiuit animæ suæ
vt moreretur & ait: Sufficit mihi
Domine, tolle animam meam.

Acto: 24. Spem habens in Deum,
quam & hi ipsi expectant resurre-

CONTRA MORTEM. 46
ctionem futuram iustorum & ini-
quorum.

2. Corinth : 5. Scimus enim si ter-
restris domus nostra huius habita-
tionis dissoluatur, quod ædificationē
ex Deo habemus, domum non manu
factam sed æternam in cœlis. Nam
& in hoc ingemiscimus habitationē
nostram, quæ de cœlo est superindui
cupientes, si tamē vestiti & non nudi
inueniamur. Nā & qui sumus in hoc
tabernaculo ingemiscimus grauati,
eò quod nolumus expoliari, sed su-
peruestiri, ut absorbeatur quod mor-
tale est, à vita. Qui efficit nos in hoc
ipsum Deus, qui dedit nobis pignus
Spiritus, Audientes igitur, & scientes
quoniam dum sumus in hoc corpore
peregrinamur à D O M I N O , per fi-
dem ambulamus, & nō per speciem.
Audemus autem, & bonam volunta-
tem habemus magis peregrinari à
corpore, & præsentes esse ad D O-
M I N V M .



CONSOLATIO

Philip : 1. Mihi viuere Christus est
& mori lucrum. Desiderium habens
dissolui, & esse cum Christo multò
magis melius.

XXXIX.

PII HILARI ANIMO MOR-
tem amplexi sunt.

Psal: 118. Non moriar sed viuam &
narrabo opera Domini.

Job: 19. Scio quod redemptor me-
us viuit, & in nouissimo die de ter-
ra surrecturus sum. Et rursum cir-
cundabor pelle mea, & in carne mea
videbo Deum: Quem visurus sum
ego ipse & oculi mei conspecturi
sunt, & non aliis.

Sapientia: 3. Iustorum animæ in
manu Dei sunt, & non tanget illos
tormentum mortis. Visi sunt oculis
insipientium mori, & aestimata est
afflictio exitus illorum. Et ab itine-
re iusto abierunt in exterminium &
quod à nobis est iter exterminij, illi
autem sunt in pace. Etsi coram ho-

CONTRA MORTEM. 47

minibus tormenta passi sunt. spes illorum immortalitate plena est.

2. Machab: 6. Eleasar inquit: Fortiter vitam excedendo, senectute quidem dignus apparebo, adolescentibus autem exemplum forte relinquam, si prompto animo ac fortiter pro grauiissimis & sanctissimis legibus honesta morte perfungar.

2. Mach: 7. Tertius filius linguam postulatus citò protulit, & manus constanter extendit, & cum fiducia ait: E cœlo ista possideo, sed propter Dei leges nunc hæc ipsa despicio, quoniam ab ipso me ea recepturum spero.

Luc: 7. Dixit Simeon: Nunc dimittis seruum tuum DOMINE, secundum verbum tuum in pace. Quia uiderunt oculi mei salutare tuum.

Acto: 7. Cum lapidaretur Stephanus inuocauit Deum dicens: Domine Iesu suscipe Spiritum meum.

CONSOLATIO

Act: 20. Vincula & tribulationes
Hierosolymis me manent. Sed nihil
horum vereor, nec facio animam
meam preciosorum, quam me dum-
modo consumem cursum meum.

Act: 21. Dgo non solum alligari,
sed & mors in Hierusalem paratus
sum propter nomen Domini Iesu.

Proverb: 14. Iustus quoq; in mor-
te sua sperat.

2. Timoth: 4. Bonum certamen
certavi, cursum consummaui, Fidem
seruaui, in reliquo posita est mihi
DOMINVS in illa die iustus iudex.
Non solum autem mihi, sed & his
qui diligunt aduentum eius.

X L.

PII MORITVRI ANIMAM
*Christo commendarunt propter spem
uite æterne.*

Act: 7. Cum lapidaretur Stepha-
nus inuocauit dicens: DOMINE
IESV suscipe spiritum meum.



XLI.

ET HOC NON MINIMUM
est testimonium Resurrectionis nostræ,
quod nobis constat quis sit status cor-
porum nostrorum futurus in
uita æterna.

Vide locum 47.

XLII.

APPELLATIONES MOR-
TIS, quibus spiritus sanctus utitur, quæ fi-
dem nostram de resurrectione carnis
edocent & confir-
mant.

1. Thessal. 4. Nolumus autem uos
ignorare fratres de dormientibus ut
non contristemini, sicut & cæteri
qui spem non habent. Si credimus
quod I E S U S mortuus est & resur-
rexit, ita Deus eos qui dormierunt
per Iesum adducet cum eo.

Matth. 9. Non mortua est adole-
scens, sed dormit.

CONSOLATIO

Sapien : 4. Iustus si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.

Esa: 26. vade populus meus intra in cubicula tua super te, abscondere modicum, ad monumentum donec pertranseat indignatio mea.

Esa: 50. A faciæ malitiæ collectus est iustus ueniat pax requiescat in cubili suo, qui ambulauit in directione sua.

Matth: 6. Precamur nos liberari à malo.

Daniel: 12. Et multi de his qui dormiunt in terræ puluere euigilabunt, aliij in uitam æternam; aliij in opprobrium.

Iohan: 16. Inquit C H R I S T V S ad discipulos. Expedit uobis ut ego uadām.

i. Corint: 15. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione.

Philip: 1. Mihi uiuere Christus est, & mori lucrum.

CONTRA MORTEM. 49

XLIII.

NOBIS OMNIBVS SEMEL
moriendum, nec incommodi quicquam
adserit siue hodie siue cras mo-
riamur.

Gene: 3. Puluis es & in puluerem
reuerteris.

Ecclesiast: 38. Memor esto iudicii
mei, sic enim erit & tuum. Mihi heri
& tibi hodie.

Esal: 89. Quis est homo qui uiuet,
& non uidebit mortem.

Rom: 5. Sicut per unius hominem
peccatum in hunc mundum intravit,
& per peccatum mors, & ita in om-
nes homines mors pertransiit, in
quo omnes peccauerunt.

XLIV.

CVIQVE HOMINI CER-
tam metam uitæ à Deo constitu-
tam esse.

2. Reg: 7. Cumq; completi fuerint
dies tui, & dormieris cum patribus



CONSOLATIO

tuis: Suscitabo semen post te, quod egredietur de utero tuo, & firmabo regnum eius. Ipse ædificabit domum nomini meo: Et stabiliam thronum regni eius usq; in sempiternum. Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium.

Iob: 14. Breues dies hominis sunt numerus mensium eius apud te est, constituisti terminos eius, qui præterire non poterunt.

Psal: 38. Notum fac mihi Domine finem meum. Et numerum dierum meorum quis est? ut sciam quid deficit mihi.

Ecclesiast: 3. Tempus moriendi.

Ecclesiast: 17. Deus creavit de terra hominem, & iterum conuertit illum in ipsam. Numerum dierum & tempus dedit illi.

X L V.

VITA HAEC VERE VAL:
lis misericarum est, minus igitur mor-
tem qua liberamur ab ea ex-
horrescamus.

CONTRA MORTEM. 50

Ecclesiast: 40. Iugum graue super filios Adam à die exitus de uentre matris eorum usq; in diem sepulturæ in matrem omnium. Cogitationes eorum & timores cordis ad inuentiones expectationis, & dies finitio- nis, à præsidente super sedem glo- riosam, usq; ad humiliatum in ter- ram & cinerem ab eo qui utitur hya- cintho & portat coronā vīc̄ ad eum qui oparitur lino crudo. Furor scelus tumulto, fluctuatio, & timor mortis, iracundia perseuerans & cōtentio in tēpore resurrectionis, in cubili, som- nus noctis immutant scientiam eius. Modicū autē tanquā nihil in requie, & ab eo in somnis quasi in die respe- ctus. Conturbatus est in uisu cordis sui, tanquam qui euaserit in die belli: In tempore salutis suæ surrexit, & admirans ad nullum timorem, cum omni carne ab homine usq; ad pecus, & super peccatores septuplum. Ad hæc mors, sanguis, contentio & romphæa, oppressiones fames & contritio & flagella. Super iniquos



CONSOLATIO

creata sunt hæc omnia & propter illos factus est cataclysmus.

Psal: 90. Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta annis. Si autem in potentatibus octoginta anni, & amplius eorum labor & dolor.

Matth: 6. Sufficit diei malicia sua. Sic iubet CHRISTVS orare: Libera nos à malo.

Hiob: 10. Pœnæ militant in me.

Gene: 47. Dies peregrinationis uitæ meæ centum triginta annorum sunt parui & mali.

Luc: 9. Tollat quisq; crucem suam quotidiè & sequatur me inquit CHRISTVS.

X L V I .

PLACIDA MORTE PII obdormierunt.

Num: 26. Sic optat Bileam moriatur filia mea morte iustorum & fiant nouissima mea horum Israelitarum similia.

CONTRA MORTEM. 51

Psal:72. Quid enim mihi in cœlo,
& à te quid volui super terram. De-
ficit oratio & cor meum, Deus cor-
dis mei & pars mea Deus in æter-
num.

Psalm: 115. Preciosa in conspectu
Dominii mors Sanctorum eius.

Syrach:1. Timenti D O M I N V M
benè erit in extremis, & in die de-
functionis suæ benedicetur.

2. Machab: 7. Septem fratres sum-
ma fortitudine maximos cruciatus
corporis sentientes mortem asper-
nati sunt & placide mortui.

Marc: 8. & Luc: 9. Dicit Christus,
Amen dico vobis, quia sunt quidam
de hic stantibus qui non gustabunt
mortem donec videant regnum Dei
venientis in virtute.

Luc: 2. Dixit Simeon: Nunc di-
mittis seruum tuum D O M I N E,
secundum verbum tuum in pace.
Quia viderunt oculi mei salutare
tuum.



CONSOLATIO

Ioan: 8. Amen Amen dico vobis,
si quis sermonem meum seruabit,
mortem non videbit in æternum.

Apocalip: 14. Beati mortui, qui in
DOMINO moriuntur.

XLI.

POST MORTEM AETER-
na fruamur uita, ubi inenarrabilia
dona accepturi sumus, ut se-
quentia dicta demon-
strant.

Esa: 51. Redempti à DOMINO,
conuertentur & venient in Syon
cum laude & læticia sempiterna su-
per caput eorum, gaudium & læti-
ciam obtinebunt, & fugiet dolor &
gemitus.

Esa: 25. Auferet Dominus Deus
lachrymam ab omni facie; & oppro-
brium populi sui auferet de vniuersa
terra.

Esa: 26. Viuent mortui tui, inter-
fecti mei resurgent, expurgescimini
& laudate qui habitatis in puluere.



CONTRA MORTEM. 52

Esa: 51. Ponet desertum eius quasi delitias, & solitudinē eius quasi horum Domini. Gaudium & leticia inuenietur in ea, gratiarum actio & vox laudis.

Esa: 50. Complebuntur dies luctus tui.

Esa: 65. Ecce ego creo cœlos novos & terram nouam & non erunt in memoria priora: Sed gaudebitis & exultabitis vsp in sempiternum & non audietur in ea vltra vox fletus & vox clamoris.

Daniel: 12. Docti fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iusticiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.

Ecclesiast: 48. Beati sunt qui te viderunt, & in amicitia tua decorati sunt. Nam nos vita viuimus tui, post mortem autem non erit tale nomen nostrum.

Iob: 19. Scio quod redemptor meus vivit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum cir-

CONSOLATIO

cum dabor pelle mea, & in carne mea
videbo Deum. Quem visurus sum
ego ipse & oculi mei circumspecturi
sunt: & non aliis.

Matth: 22. In resurrectione neq;
nubent neq; nubentur, sed erunt sicut
angeli Dei in cœlo.

Lu: 20. Respondebat suis Iesus disci-
pulis dicens: Filij huius seculi nubunt
& traduntur ad nuptias, illi verò qui
digni habebuntur sacerculo & resurre-
ctione ex mortuis, neq; nubent neq;
ducent vxores, neq; ultra mori pote-
runt. Aequales enim angelis sunt &
filij sunt Dei cū sint filij resurrectiōis.

In han: 17. Pater quos dedisti mihi,
uolo ut ubi sum ego, & illi sint me-
cum, ut uideant claritatem meam
quam dedisti mihi.

i. Cor: 2. Quod oculus non vidit
nec auris audiuit, nec in cor hominis
ascendit, quæ præparauit Deus, his,
qui diligunt illum.

i. Corrin: 15. Seminatur in corru-
ptione, surget in incorruptione, Se-

CONTRA MORTEM. 53

minatur in ignobilitate, surget in gloria. Seminatur in infirmitate, surget in uirtute. Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale.

1. Cor : 15. Cum mortale hoc induerit immortalitatem: tunc fiet sermo qui scriptus est : Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors uictoria tua? Vbi est mors stimulus tuus?

1. Corinth : 15. Tunc & ipse filius subiectus erit ei, qui subiecit sibi omnia, ut Deus sit omnia in omnibus,

Philip : 3. Nostra conuersatio in cœlis est, unde etiam saluatorem Dominum nostrum. I E S U M Christū, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ.

1. Thess : 4. Semper cum Domino erimus.

Item: Rapiemur cum illis in nubibus obuiam Domino in aëra.

2. Thessa: 1. Iustum est apud Deum retribuere tribulationem ijs, qui nos

CONSOLATIO

tribulant, & uobis, qui tribulamini
requiem nobiscum in reuelatione
Domini Iesu de cœlo cum angelis
uirtutis eius.

2. Timoth : 4. Bonum certamen
certaui, cursum consummaui, Fidem
seruaui. In reliquo posita est mihi co-
rona iusticie, quam reddet mihi Do-
minus in illa die iustus iudex. Non
solum autem mihi, sed & his, qui
diligunt aduentum eius.

1. Iohan : 3. Nunc filij Dei sumus,
& nondum apparuit quid erimus,
Scimus quoniam cum apparuerit,
similes ei erimus quoniam uidebi-
mus eum sicuti est.

1. Pet: 1. Deus nos secundum suam
misericordiam magnam regenerauit
in spem uiuam, per resurrectionem
I E S V Christi, ex mortuis in hære-
ditatem incorruptibilem & incon-
taminatam & immarcessibilem con-
seruatam in cœlis in uobis, qui in
uirtute Dei custodimini per fidem in
salutem, paratā reuelari in tempore

CONTRA MORTEM. 54

nouissimo, in quo exultabitis, modicum nunc si oportet contrastari in varijs temptationibus.

Apocalip: 14. Beati mortui qui in Domino moriuntur. A modo dicit spiritus, ut requiescant à laboribus suis. Opera enim illorum sequuntur illos.

Apocalip: 2. Esto fidelis usq; ad mortem & dabo tibi coronam uitæ, Qui uicerit, non laedetur à morte secunda.

Apocalip: 7. Et dixit mihi; Hi qui amicti sunt stolas albis, qui sunt & unde uenerunt? & dixi illi Domine mi tu scis. Et dixit mihi; Hi sunt qui uenerunt de tribulatione magna, & lauarunt stolas suas. Et dealbauerunt eas in sanguine agni; Ideo sunt ante thronum Dei & seruiunt ei die ac nocte in templo eius, & qui sedet in throno habitabit super illos. Non esurient neq; sitient amplius, neq; cadet super illos sol neq; ullus æstus, quoniam agnus qui in medio throni

CONSOLATIO

est reget illos . & deducet eos ad uitæ
fontes aquarum , & absterget Deus
omnem lachrymam ab obulis eo-
rum.

Apocal: 21. & 22. Vnus de septem
angelis ostendit mihi ciuitatem san-
ctam Hierusalem. Et erat structura
muri eius ex lapide Iaspide, ipsa uero
ciuitas aurum mundum simile uitro
mundo. Et fundamenta muri ciuita-
tis omni lapide precioso ornata , &
platea ciuitatis aurum mundum tan-
quam uitrum perlucidum : Et tem-
plum non uidi in ea. Dominus enim
Deus omnipotens templum illius est
& agnus : Et ambulabunt gentes in
lumine eius , & reges terræ afferent
gloriam suam & honorem in illam,
& portæ eius non claudentur per
diem. Nox enim non erit illic. Non
intrabit in eam aliquid coquinatum
aut abominationem faciens &
mendacium , nisi qui scripti sunt in
libro uitæ agni. Et omne maledi-
ctum non erit amplius: Sed sedes Dei

C O N T R A M O R T E M . 55

& agni in illa erunt, & serui eius seruent illi, & videbunt faciem eius, & nomen in frontibus eorum. Et non egebunt lumine lucernæ, neq; lumine Solis, quoniam D O M I N V S Deus illuminabit illos, & regnabunt in secula seculorum.

De hac consolatione contra terrorem mortis lege libellum meum consolatorium, vbi sententiae huius libelli copiæ exponuntur. Item enarrationem meam super Canticum Simeonis, atq; consolationem meam pro ijs qui lugent mortuos, similiter, sententias consolatorias ex Tomis D. Lutheri à me collectas.



CONSOLATIO
CAPITA & LOCI
CONSOLATIONVM EX
sacra scriptura, in cruce, persecutioni-
bus, morbis, & uarijs animi pertur-
bationibus in primis
utiles.

I.

NON CASV SED SCIENTE
& permittente Deo affli-
gimur.

Gene: 45. Ioseph dixit fratribus suis: Frater vester quem vendidistis in Aegyptum ego sum. Nolite paue- re, neqz vobis durum esse videatur, quod vendidistis me in his regioni- bus. Pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Aegyptum. Adhuc quinqz anni rectant quibus neqz ara- ri poterit nec meti.

Exod: 4. Quis fecit os hominis? aut quis fabricatus est mutum & sur- dum videntem & cæcum? Nonne ego.



1. Reg: 2. D O M I N V S mortificat & viuiscitat , deducit ad inferos & reducit. Dominus pauperem facit & dirat, humiliat & subleuat.

1. Reg: 12. Rehabeam conabatur Israel bello ad se reducere , sed Deus dissuadebat, dicens , illud à se factum esse.

Psal: 118. Dominus castigauit me.

Prouerb: 3. Disciplinam Domini, fili mi, ne abiicias, nec deficias cum ab eo corripueris.

Amos: 3. Si erit malum in ciuitate quod Dominus non fecerit.

Ierem : in Tren : Quis est iste qui dixit ut fieret Domino iubente ? Ex ore altissimi non egredientur nec mala nec bona.

Matth : 10. Nónne duo passeres asse væniunt, & vnuſ ex illis non cadet super terram sine patre vestro. Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus meliores estis uos.

CONSOLATIO

Matth: 11. Tollite iugum meum
super vos, & discite a me.

Ioan: 19. Dicit C H R I S T V S Pi-
lato: Non haberes potestatem adver-
sus me ullam, nisi tibi datum esset de-
super.

Rom: 8. Quos præsciuit, & præ-
destinavit conformes fieri imaginis
filij sui, & pati sicut ipse passus est.

1. Corinth: 11. Dum iudicamur, a
D O M I N O corripimur.

II.

D E V S N O V I T , V I D E T , &
audit nostras ærumnas, illisq;
interest.

Exod: 3. Dixit D O M I N V S ad
Moysen: vidi afflictionem populi
mei in Aegypto, & clamorem eius
audiui propter duritiam eorum qui
præsunt operibus, & sciens dolorem,
descendi ut liberem eum de manibus
Aegyptiorum.

Psal: 34. Iuxta est D O M I N V S
his qui tribulato sunt corde.



Psal: 45. Fluminis impetus lætificauit ciuitatem Dei , sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Deus in medio eius , non commouebitur adiuuabit eam Deus mane diluculo.

Psal: 32. Clamauerunt iusti. & Dominus exaudiuit eos , & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.

Psal: 90. Cum ipso sum in tribulatione eripiam eum.

Psal: 144. Propè est DOMINVS inuocantibus eum , omnibus inuocantib. cum in veritate. Voluntatem timentium se faciet , & deprecationem eorum exaudiet , & saluos faciet eos.

Ierem: 31. Audiens audiui effraim transmigrantē ostendisti mihi , percussi femur meum , si filius honorabilis effraim. Idcirco conturbata sunt viscera mea super eam miserans miserebor eius ait Dominus.

III.

DEVS MVNIT NOS
contra omnia mala.



CONSOLATIO

Gene: 42. Iacob cum suis caritate
annonæ sustentatur.

Exo: 12. Omnia primogenita in-
terficiuntur, sed filijs Israeliticis par-
citur.

3. Reg: 2. Achab humilians se co-
ram me, dicit D O M I N V S non in-
ducam malum in diebus eius, sed in
diebus filij sui inferam malum Do-
mum eius.

2. Reg: 19. Hiskias obsessus à rege
Assyriorū luget & consuluit Esaiam
& orat venit angelus & eripit eum
& interfecit Assyriorum octoginta
quinq̄ millia.

2. Reg: 6. Elisa circundatur à re-
gibus Syriacis, qui infidiabatur ei
prodenti suum propositum, sed cæci
facti sunt. Et Elisa eos abducit Sama-
riam & ibi ipsis visum restituit.

Psal: 34. Immittet angelus Domi-
ni in circuitu timentium eum & eri-
piet eos.

Luc: 21. Vos Apostoli eritis odio
omnibus propter nomen meum. Et

capillus de capite vestro non peribit
dicit C H R I S T V S.

III.

A V X I L I V M P R O M I T T I T
Deus in nostris angustijs.

Psal : 31. Exultabo & lætebor in
misericordia tua. Quoniam respe-
xisti humilitatem meam : Saluasti de
necessitatibus animam meam.

Psal : 50. Inuoca me in die tribula-
tionis, eruam te.

Psal : 55. Iacta super Dominum
curam tuam & ipse te enutriet, &
non dabit in æternum fluctua-
tionem iusto.

Psal : 91. Quoniam in me sperauit
liberabo eum , protegam eum quo-
niam cognouit nomen meum.

Psal : 76. Hæc mutatio dextræ ex-
celsi , tu es Deus faciens mirabilia ,
memor fui operum Domini.

Esa : 30. Dominus dabit panem
artum & aquam breuem.



CONSOLATIO

Esa: 35. Pusillanimes confortamini, & nolite timere. Ecce Deus noster vltionem adducet retributionis Deus ipse veniet & saluabit nos.

Esa: 46. Audite me domus Iacob, & omne residuum domus Israel. Qui portamini à meo vtero, qui gestamini à mea vulua usq; ad senectam ego ipse, & usq; ad canos ego portabo, ego feci & feram, ego portabo & saluabo.

Esa: 49. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui. Etsi oblita illa fuerit; ego tamen non obliuiscar tui.

2. Pet: 2. Nouit Deus pios de tentatione eripere.

V.

POTEST DEVS ETIAM IN
summis periculis nobis opem
ferre.

Gene: 12. Dicit Dominus. Ego
sum omnipotens D E V S.

IN CRUCE. 59

Esa : 59. Eccē non est abbreviata manus Domini ut saluare nequeat.

Luc : 1. Non erit impossibile apud Deum omne verbum.

2. Corinth : 12. Virtus Dei in infirmitate perficitur.

Ephe : Deus potens est omnia facere superabundanter, quām petimus aut intelligimus.

VI.

EXEMPLA EORVM QVOS

Deus ex maximis tribulationibus
liberauit.

Vide sequentem locum octauum.

Ecclesiast : 2. Respicite filij nationes hominum & scitote quod nullus sperauit in Domino, & confusus est. Quis enim permansit in mandatis eius & derelictus est?

Psal : 22. In te sperauerunt patres nostri, sperauerunt & liberasti eos.

VII.

IN AFFLICTIONIBVS

Deus est nobis solatio.

CONSOLATIO

Gene: 15. Deus consolatur Hagar miseram in fuga, multiplicabo semen tuum ut præ multiuidine non numerari possit.

Psal: 18. Disciplina tua correxit me in finem, & disciplina tua ipsa me docebit.

Psal: 76. Deus consolatur & opitulatur ego affliger, hæc verò multatio dextræ excelsi.

Psal: 94. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lœtificauerunt animam meam.

Tobi: 13. Ipse castigauit nos propter iniurias nostras & ipse saluabit nos propter misericordiam suam.

Proverbi: 12. Qui bonus est, hauriet sibi gratiam à Domino.

Esa: 51. Ego ipse consolabor vos. Quis tu ut timeas ab homine mortali & à filio hominis, qui quasi feuum ita arescit, & oblitus es Domini factoris tui.



IN CRUCE.

60

Esa: 66. **I**sta dicit D O M I N V S .
Ad quem autem respiciam nisi ad
pauperculum & contritum spiritum,
& trementem sermones meos.

Rom: 15. D E V S patientiæ & so-
latij.

2. Corinth: 1. **B**enedictus Deus,
& pater Domini nostri Iesu Christi,
pater misericordiarum & Deus to-
tius consolationis , qui consolatur
nos in omni tribulatione nostra , vt
possimus & ipsi consolari eos qui in
omni pressura per exhortationem
qua exhortamur & ipsi à Deo , quo-
niam sicut abundat passio nes Chri-
sti in nobis, ita & per C H R I S T U M
abundat consolatio nostra.

2. Cor: 1. **D**eus totius consolatio-
nis , qui consolatur nos in omni tri-
bulatione nostra.

Ecclesiast: 17. Pœnitentibus dedit
viam iusticiæ , & confirmauit defici-
entes sustinere.

CONSOLATIO

VIII.

DEVS ERIPIT NOS. EX
omni periculo & angustia.

Gene: 7. Deus ingresso Noa ianuam arcae occlusit , & deleuit omnem substantiam , remansit autem solus Noë & qui cum eo erant in arca.

Gene: 14. Deus captum Loth per Abraham liberat.

Gene: 19. Eripitur Loth per angelos Sodoma, remorante vero eo, viri eum apprehensum & eius vxorem duasq; filias , ideo quod Deus ei parceret, eduxerunt.

Exod: 6. Ego sum D O M I N V S qui educam vos de ergastulo Aegyptiorum & eruam de seruitute, ac redimam in brachio excelso & iudicis magnis, & assumam vos mihi in populum , & ero vester Deus. Et scietis quia ego sum D O M I N V S Deus vester.



Exod: 15. Cum filij Israelitici non possunt inuenire dulces aquas ostendit Deus eis lignum, quo in aquas missa, in dulcedinem versae sunt.

Exod: 16. Pluit Deus Manna de caelo & coturnices manè in rore.

3. Reg: 17. Eliam caritate annoæ mandato Dei pascunt corui adferentes ei panem & carnem manè & vesperi.

3. Reg: 19. Elias fugiens Iezabel confirmatur, ab angelo monstrante ei panem tostum subcineritium & a quam ad caput positum.

2. Reg: 5. Naëman per Eliseum curatur à lepra.

Psal: 9. Factus est D O M I N V S refugium pauperi, adiutor in opportunitatibus in tribulatione, non in finem obliuio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in finem.

Psal: 34. Iuxta est D O M I N V S his qui tribulato sunt corde, & humiliem spiritu saluabit. Multæ tri-



CONSOLATIO
bulationes iustorum & de omnibus
his liberauit eos DOMINVS.

Psal: 46. Deus noster refugium &
virtus , adiutor in tribulationibus ,
quæ inuenierunt nec nimis. Propte-
rea non timebimus dum turbabitur
terra,& transferentur montes in cor-
maris. Senuerunt & turbatæ sunt
montes in fortitudine eius , Flumi-
nis impetus lætificat ciuitatem Dei,
sanctificauit tabernaculum suum al-
tiissimus. Deus in medio eius, non
commouebitur, adiuuabit eam Deus
mane diluculo.

Psal: 55. Iacta super Dominum
curam tuam,& ipse te enutriet.

Psalm: 72. Liberauit pauperem à
potente , & pauperem cui non erat
adiutor. Parcat pauperi & inopi , &
animas pauperum saluas faciet. Ex-
vleuris & iniuitate redimet animas
eorum & honorabile nomen eorum
coram illo.

Esa: 64. Ecce tu iratus es & peccauimus , in ipsis fuimus semper & salvabimur.

Rom: 8. Spiritus adiuuat infirmitatem nostram.

2. Corint: 12. Virtus Dei in infirmitate perficitur.

IX.

PETENTIBVS IN AERVM.

nō auxilium fert Deus.

Gene: 32. Sic Iacob orat: Deus pater mei Abraham , & Deus patris mei Isaac , Domine qui dixisti mihi reuertere in terram tuam & in locum nativitatis tuae & benefaciam tibi , minor sum cunctis miserationibus tuis & veritate tua quam expleuisti seruo tuo in baculo meo transiui Iordanem istū & nunc cum duabus turmis regredior , erue me de manu fratris mei Esau , quia valde eum timeo , ne forte veniens percutiat matrem cum filijs . Tu locutus es quod benefaceres mihi , & dilatares



CONSOLATIO

se meum sicut arenam maris: quæ præ
multitudine numerari non potest,
hoc contigebat ei.

Exod: 14. Israelitæ cum essent in
summo periculo propter Pharaonē
qui ipsos insequebatur, auxilium à
Domino petebant. Ideo Dominus
per mare rubrum saluos eos ducebat
in columnas in quo Pharao cum suis
submergebatur.

Numer: 21. Israelitæ læthaliter
vulnerati à Domino sanabantur.

2. Reg: 20. Ezechias ex graui mor-
bo liberatur cum inuocaret Domini-
num, qui addebat quindecim annos
vitæ suæ.

2. Paralip: 33. Manasses cum vin-
ctus catenis & compedibus ducere-
tur in Babylonem, coanguatus o-
rauit D O M I N V M Deum suum,
& egit pœnitentiam valde coram
Deo patrum suorum. Deprecatus est
eum & obsecravit intenté. Exaudi-
uit orationem eius, eumq; reduxit
Hierosolymam in regnum suum:

Agnouit Manasses quod Dominus
ipse esset D E V S.

Ionas:2. Orat Ionas ad Dominum
Deum suum in ventre piscis : Et di-
xit. Clamaui de tribulatione ad Do-
minum & exaudiuit me , de ventre
inferi clamaui , & exaudisti vocem
meam.

Matth:8. Leprosus orat Christum,
D O M I N E si vis potes me munda-
re. Extendens Iesus manum,tetigit
eum dicens; volo,mundus esto.

Matth:9. Duobus cæcis clamitan-
tibus ; Fili Dauid,misereri nostri di-
cit C H R I S T V S: Fiat vobis secun-
dum fidem vestram.

Matth: 14. Petrus ambulans super
mare & cum cœpisset demergi cla-
mauit : D O M I N E serua me. Iesus
extensa manu apprehendit eum.

Matth : 15. Mulier Cananæa cla-
mar ad Christum: Miserere mei Vo-
mine fili Dauid. Respondens ei Ie-
sus dicens : Magna est fides tua , fiat



CONSOLATIO

tibi sicut vis & sanata est filia eius
ex eo tempore.

Matth: 17. Accedit homo quidam ad Iesum, flectens genua illi dicensq;
D O M I N E miserere filij mei, quoniam lunaticus est, & misere affligitur, saepe enim cadit in ignem, in aquam, & obtuli eum discipulis tuis, nec potuerunt eum sanare. Respondens Iesus dixit: O generatio incredula & distorta, quousq; tandem ero vobiscum usquequod vospatiar: adducite illum huc. Et increpauit illum Iesus, & exiit ab eo Demonium & sanatus est puer à tempore illo.

Luc: 17. Decem leprosos clamantes: Iesu præceptor noster, miserere nostri, iubet Iesus abire & ostendere se sacerdotibus, & mundati sunt.

X.

P R O P T E R A L I O R V M
preces afflictis sepe D E V S
opem fert.

Gene: 25. Deprecatus est Isaac Dominum pro vxore sua, eo quod esset



sterilis, qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebeccæ.

Exod. 32. Cur DOMINE irascitur furor tuus contra populum tuū, quē eduxisti de terra Aegypti, in fortitudine magna, & in manu robusta? Ne quoq[ue] dicant Aegypti, callide eduxit eos, ut interficeret in montibus, & deleret ē terra, quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitiam populi tui. Recordare Abraham & Isaac, & Israel seruorum tuorum, quibus iurasti per temetipsum, dicens, multiplicabo semen vestrum sicut stellas cœli, & vniuersam hanc terram, de qua locutus sum, dabo semini vestro, & possidebitis eam semper. Placatusq[ue] est Dominus ne faceret malum quod locutus fuerat aduersus populum suum.

Num: ii. Ignis accensus ira Dei deuorans extremum castrorum partem clamauit populus ad Moysen, orauit Moses ad D O M I N V M , absorptus est ignis.



CONSOLATIO

Nume : 12. Maria infecta est lepra propter peccatum in Moysen commissum , Moyses orat pro ea sic dicens : Deus obsecro sana eam.

1. Reg : 7. Filij Israelitæ bella gerentes contra Philistinos dixerunt ad Samuelem : Ne cesses pro nobis clamare ad D O M I N V M , vt eripias nos de manu Philistinorum. Et clamauit Samuel ad Dominum pro Israe, & exaudiuit eum Dominus.

Matth : 8. Centurio intercedit apud Dominum pro seruo suo : Domine famulus meus decubuit domi paralyticus, ac grauiter discruciatitur. Dicit illi Iesus, abi & sicut credidisti, ita fiat tibi. Et sanatus est famulus eius in hora illa.

Iacob : 5. Orate pro inuicem ut salvemini, multum enim valet deprecatio iusti assidua. Elias homo erat similis passibilis, & oratione orauit ut non plueret super terram : & non pluit annos tres & menses sex. Et rursum orauit & cœlum dedit plu-



uiam, & terra dedit fructum suum.

XI.

ORATIO IN AERVMNIS

*non intermitenda licet mitigatio
& auxilium differe-
ratur.*

Hab:2. Quia visus adhuc procul,
& apparebit in finem, & non men-
tietur. Si moram fecerit, expecta il-
lum, quia veniens veniet, & non tax-
dabit.

Luc:18. Præcipit C H R I S T V S ut
indefinenter oremus & non desati-
gemur, ita nostras preces exaudiri
sicut viduæ apud iniquum iudicem
continget.

XII.

DEVS NOS CASTIGANS

*gratiam suam non auffert, nec ab-
alienat animum à nobis.*

Tob:3. Hoc autem pro certo ha-
ber omnis qui colit te quod vita eius,

CONSOLATIO

si in prolatione fuerit , coronabitur;
Si autem in tribulatione fuerit, libe-
rabitur , & si in corruptione fuerit,
ad misericordiam tuam venire lice-
bit. Non enim delectaris in perdi-
tionibus nostris, quia post tempesta-
rem tranquillum facis , & post lach-
rymationem & fletum , exultatio-
nem infundis.

Jerem: in Thren: 3. Non repellat
in sempiternū D O M I N V S. Quia
si abiecit , & miserebitur secundum
multitudinem misericordiarum tua-
rum.

Abacuc:3. Cum iratus fueris, mis-
ericordiae recordaberis.

Tren : 3. D O M I N V S non re-
pellit in sempiternum, quia se abiecit
& miserebitur.

2. Regum: 7. Qui si aliquid inique-
gesserit , arguam eum in virga viro-
rum , & in plagis filiorum hominū.
Misericordiam autem meam non
auferam ab eo.

XIII.

IMPIIS IN AFFLICITIONIBUS
non auxilia fert Deus eosq;
perire finit.

Psal: 1. D O M I N V S nouit viam
iustorum, & iter impiorum peribit.

Psal: 18. Clamauerunt nec erat qui
saluus faceret, ad D O M I N V M, nec
exaudiuit eos.

Psal: 75. Calix in manu D O M I-
N I vini meri plenus mixto. Et in-
clinauit in hoc: Verunramen fex eius
non est exinanita bibent omnes pec-
catores terræ.

XIV.

A F F L I C T I O N E S N O N
sunt indicia iræ sed dilectionis
diuinæ.

2. Para: 33. Manasses cum vincitus
cathenis & compedibus duceretur in
Babylonē, cōangustatus oravit Do-
minū & egit pœnitentiā valde coram

CONSOLATIO

Deo patrum suorum , deprecatusq; est eum & obsecrauit intentè , exaudiuit orationem eius , eumq; reduxit Hierosolymam in regnum suum . Et agnouit Manasses quod Dominus ipse esset Deus .

Tob: 2. Hanc tentationem ideo permisit Dominus eueniri illi , ut posteris daretur exemplum patientiae eius , sicut & sancti Iob .

Psal: 76. In die tribulationis meæ Deum exquæsiui , & exercitatus sum , & defecit spiritus meus .

Psal: 33. Multæ tribulationes iustorum & de his omnibus liberabit eos
D O M I N U S .

Psal: 51. Sacrificium Deo spiritus contribulatus , cor contritum & humiliatum Deus non despicies .

Psal: 118. Bonum mihi quia humiliasti me , vt discam iustificationes tuas .

Psal: 19. Ad Dominum cum tribulater , clamaui & exaudiuit .

Esa: 26. DOMINE in angustia
requisierunt te, in tribulatione mur-
muris doctrina tua eis.

Matth: 5. Beati qui lugent, quo-
niam ipsi consolationem accipient.

Matth: 15. Si quis vult post me ve-
nire, abneget semetipsum, & tollat
crucem suam, ac sequatur me.

Luc: 13. Putatis quod hi Galilæi
præ cunctis Galilæis peccatores fue-
rint qui talia passi sunt? Non, dico
vobis, imò nisi resipueritis, omnes si-
militer peribitis inquit Christus.

Luc: 16. CHRISTVS exemplo
Lazari pauperis significat paupertati-
tem non indicium esse, ut etiam co-
ram Deo sumus patuperes vel dam-
nati.

Iohan: 9. Apostoli interrogant
CHRISTVM an cæcus peccauit,
an parentes eius, ut cæcus nasceretur:
Respondebat IESVS. Neq; hic peccauit
neq; parentes eius, sed ut manifesten-
tur opera Dei in illo.



CONSOLATIO

Iohan : 15. Si mundus vos odit,
scitote quia me priorem vobis odio
habuit, si de mundo fuissetis, mundus
quod suum erat diligenter. Quia vero
de mundo non estis, sed ego elegi vos
de mundo, propterea odit vos mun-
dus.

Rom: 5. Gloriamur in tribulatio-
nibus , scientes quod tribulatio ope-
ratur patientiam , patientia autem
probationem , probatio vero spem,
spes autem non confundit.

2. Corinth: 1. Benedictus Deus &
pater D O M I N I nostri Iesu Christi,
pater misericordiarum & Deus to-
tius consolationis , qui consolatur
nos in omni tribulatione nostra ut
possimus & ipsi consolari eos qui in
omni pressura sunt per exhortatio-
nem qua exhortamur & ipsi à D E O
quoniam sicut abundant passiones
Christi in nobis, ita & per Christum
abundat consolatio nostra. Siue au-
tem tribulamur pro vestra exhorta-
tione & salute , siue consolamur pro



vestra consolatione, siue exhortamur pro vestra exhortatione & salute, quæ operatur tollerantiam earundem passionum quas & nos patimur, vt spes nostra firma sit pro vobis, scientes vos quoniam sicut socij passionum estis sic eritis & consolatiōnis. Non enim volumus ignorare vos fratres de tribulatione nostra quæ facta est in Asia, quoniam supra modum grauati sumus super virtutem, ita ut tederet nos etiam viuere. Sed ipsi in nobis metipis responsum mortis habuimus, vt non simus in nobis fidentes sed in Deo qui suscitat mortuos, qui de tantis periculis nos eripuit & eruit, in quem speramus, quoniam & adhuc eripiet, adiuuantibus & vobis in oratiōe pro nobis.

1. Corinth: 11. Dum iudicamur à D O M I N O corripimur: vt nō cum hoc mundo damnemur.

2. Timoth: 3. Omnes qui piè volunt viuere in C H R I S T O I E S V persecutionem patientur.

CONSOLATIO

Heb: 12. Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen , adspicientes in authoritatem fidei , & consummatorem I E S V M , qui proposito sibi gladio sustinuit crucem confusione contempta , atq; in dextera sedis Dei sedet. Recogitate enim cum , qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem , ut ne fatigemini animis vestris deficientes. Nondum enim usq; ad sanguinem restitistis , aduersus peccatum repugnantes , & obliiti estis consolationis , quæ nobis tanquam filijs loquitur , dicens : Fili mi , Noli negligere disciplinam D O M I N I , neq; fatigeris , dum ab eo argueris . Quem enim diligit D O M I N V S , castigat , flagellat autem omnem filium quem recipit . In disciplina perseverate . Tanquam filijs , vobis se offerat D E V S . Quis enim filius quem non corripit pater ? Quod si extra disciplinam estis , cuius participes facti sunt omnes , ergo adulteri & non



filiij estis. Deinde patres quidem carnis nostræ , eruditores habuimus, & reuerebamur eos. Num multo magis obtemperabimus patri spirituum, & viuemus: Et illi quidem in tempore paucorum dierum, secundum voluntatem suam erudiebant nos , hic autem ad id , quod utile est in recipiendo sanctificationem eius. Omnis autem disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudij, sed mœroris. Postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam, reddet iusticiæ.

Apocalip : 2. Scio tribulationem tuam & paupertatem tuam, sed diues es, & blasphemaris ab his , qui se dicunt Iudeos esse , & non sunt , sed sunt synagoga Satanae. Nihil horum timeas quæ passurus es. Ecce missurus est Diabolus aliquos ex vobis in carcerem , ut tentemini, & habeatis tribulationem diebus decem. Esto fidelis usq; ad mortem , & dabo tibi coronam vitæ. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat Ecclesijs,



CONSOLATIO

qui vicerit non lædetur à morte se-
cunda.

i. Pet : 4. Tempus est ut incipiat
iudicium à domo Dei.

XV.

AFFLICIONES NON nocent sed prosunt nobis.

Sapien: 15. In memoria enim ser-
monum tuorum exterminabantur,
& velociter sanabantur, ne in altam
incidentes obliuionem, non possent
vti tuo adiutorio.

Sapien: 12. Et cum de bonis iudi-
catur, speremus misericordiam tuam.

Iudit: 8. Reputantes peccatis no-
stris hæc ipsa supplicia minora esse
flagella D O M I N I quasi serui qui
corripimur ad emendationem & nō
ad perditionem nostram euenisse
credamus.

Esa: 26. D O M I N E in angustia
requisierunt te, in tribulatione mur-
muris doctrina tua eis.

Esa: 28. Vexatio dat intellectum auditui.

Ierem: 3. Sanctus ego sum dicit D O M I N U S, & non irascer in perpetuum, veruntamen scito iniquitatem tuam.

Ierem: 30. Castigabo te in iudicio, vt tibi non videaris innoxius.

Ierem: 31. Postquam ostendisti mihi percussi femur meum.

Hose: 5. In tribulatione sua manè consurgent ad me.

Psal: 119. Priusquam humiliarer ego deliqui, propterea eloquium tuum custodiui. Bonum mihi quia humiliasti me, vt discam iustificaciones tuas.

2. Machab: Ne abhorrescant propter aduersus casus, sed reputent ea quæ acciderunt non ad interitum, sed ad correptionem esse generis nostri. Et enim multo tempore non sinner peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere magni beneficij est indicium. Non enim

CONSOLATIO

sicut in alijs nationibus Dominus patienter expectat vt eas cum iudicij dies adiuerterit in plenitudine peccatorum puniat , ita & in nobis statuit vt peccatis nostris in finem deuolutis , ita demum in nos vindicet propter quod nunquam quidem à nobis misericordiam suam amouet corripiens vero in aduersis populum suum non derelinquit.

Matth : 11. Venite ad me omnes qui laborati & onerati estis , ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos , & discite à me quia mitis sum & humilis corde & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suave est, & onus meum leue.

Matt : 16. Qui perdiderit animam suam propter me,inueniet eam.

Acto:14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.

2. Corint: 1. Non volumus ignore vos fratres de tribulatione nostra quæ facta est in Asia , quoniam

supra modum grauati sumus supra virtutem, ita ut tederet nos etiam viuere. Sed ipsi, in nobisipsis responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo.

1. Timoth: 3. Omnes qui pie volunt viuere in C H R I S T O I E S V persecutionem patientur.

Iacob 1. Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes uarias incideritis.

XVI.

D E V S I N A E R V M N I S
patientiam à nobis re-
quirit.

2. Paralip: 1. Factæq; sunt ei infinitæ diuitiae, & multa gloria.

2. Paralip: 25. Iosas ad Amaziam inquit, quoniam percussisti Edomitas, idcirco erigitur cor tuum in superbiā.

2. Paralip: 26. Sed cum corroboratus esset Vsias, eleuatum est cor eius in interitum suum, & neglexit Dominum Deum suum.

CONSOLATIO

Prouer : 3. Disciplinam filij mi ne
abiicias nec deficias cum ab eo cor-
ripueris. Quem enim diligit Domi-
nus corripit , & quasi pater in filio
complacet sibi.

Prouerb : 30. Diuitias ne dederis
mihi , ne forte satiatus illiciar ad ne-
gandum & dicā: **Quis est Dominus?**

Sapien 3. In paucis vexati,in mul-
tis bene disponentur.

Sapien:12. Bonus & suauis est Do-
mine spiritus tuus in omnibus. Ideoq;
hos qui exerrant partibus corporis,
& de quibus peccant ammones &
alloqueris, ut relicta malicia credant
in te Domine.

Neemi : 9. Cumq; requieuiscent,
reuersi sunt vt facerent malum in
conspectu tuo.

2. Corinth : 6. Exhibeamus nos-
met ipsos sicut Dei ministros,in mul-
ta patientia,in tribulationibus,in
necessitatibus.

Ephes : 4. Obscro itaq; vos ego
vinctus in DOMINO, ut dignē

ambuletis vocatione qua vocati estis,
cum omni humilitate & mansuetu-
dine, cum patientia.

Philip: 2. Omnia facite sine mur-
murationibus.

1. Cor: 10. Neq; murmuraueritis.

1. Timoth: 5. Sectare iusticiam ,
pietatem , fidem, charitatem, patien-
tiam.

Tit: 2. Tu loquere quæ decent sa-
nam doctrinam. Senes, ut sobrij sint,
pudici, prudentes , sani in fide, in di-
lectione, in patientia.

Heb: 12. Noli negligere discipli-
nam D O M I N I , neq; fatigeris, dum
ab eo argueris.

Judith: 8. Nos ergo non vlcisca-
mur nos , pro his quæ patimur , sed
reputantes peccatis nostris hæc ipsa
supplicio minora ossa flagella D O-
MINI.

XVII.

IMPATIENTIA GRANDE
est peccatum & non multum
manet.

CONSOLATIO

Nume: ii. Ortum est murmur populi quasi dolentium pro labore contra D O M I N V M . Quod cum audisset iratus est , & accensus in eos ignis D O M I N I deuorauit extremam castrorum partem.

Item: Adhuc carnes erant in dentibus eorum , nec defecerat huiusmodi cibus , & ecce furor D O M I N I concitatus in populum , percusit eum plaga magna nimis . Vocatusq; est ille locus Sepulchra concupiscentiæ . Ibi enim sepelierunt populum Domini qui desiderauerat carnes .

Nume: 14. Locutusq; est Dominus ad Moysen & Aaron dicens , vñque quo multitudo hæc pessima murmurat contra me . Querelas filiorum Israel audiui : Dic ergo eis , viuo ego ait D O M I N V S , sicuti locuti estis audiente me , sic faciam vobis . In solitudine hac iacebūt cadauera vestra . Omnes qui numerati estis à viginti annis & supra , & murmurastis contra me , non intrabitis terram , super

quam leuaui manum meam ut habi-
tare nos sacerē propter Caleb filium
Iephonnæ, & Iosuæ filium Nun.

Eccle: 2. Vx dissolutis corde , qui
non credunt Deo , & ideo non pro-
tegentur ab eo.

Matth: 10. Qui non accipit cru-
cem suam & sequitur me, non est me
dignus.

1. Cor: 10. Neq; murmuraueritis,
sicut quidam eorum murmurauerunt
& perierunt ab exterminatore.

Jacob: 5. Nolite ingemiscere fra-
tres in alterutrum, vt nō iudicemini.

XVIII.

OMNES PII VARIA &
grauia perpeſi ſunt
mala.

Matth: 10. Non eſt diſcipulus ſu-
per magiſtrum.

Rom: 8. Nos A poſtoli ipſi primi-
tias ſpiritus habentes , & ipſi inter-
nos geminus adoptionem filio-
rum Dei , expectantes redemptio-
nem corporis noſtri.



CONSOLATIO

2. Corinth: 4. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur. Adoriamur, sed non destitui-
mum. Persecutionē patimur, sed non derelinquimur. Humiliatum, sed
non confundimur. Deīscimur, sed
non perimus.

2. Corinth: 11. In laboribus plu-
rimis, in carceribus abundantius, in
plagis supramodum, in mortibus
frequenter. A Iudæis quinques qua-
dragenas, vna minus accepi. Ter vir-
gis cæsus sum, semel lapidatus sum,
ter naufragium feci, nocte & die in
profundo maris fui.

1. Pet: 2. C H R I S T V S passus est
pro nobis, nobis relinquens exem-
plum, ut sequamini vestigia eius.

1. Pet: 5. Scientes eandem passio-
nem ei, quæ in mundo est, uestræ fra-
ternitati fieri.

XIX.

PII PATIENTIAM SVM-
mam in ærumnis præstiterunt. Item:
Exempla patientie.

2. Reg: 15. Ita loquitur Simei cum
malediceret Regi Dauid. Egressere,
egredere vir sanguinū, & vir Belial.
reddit D O M I N V S tibi vniuer-
sum sanguinem Domus Saul, quo-
niam inuasisti regnum pro eo. Et de-
dit D O M I N V S regnum in manu
Absolon filij tui: Et ecce præmunt te
mala tua, quoniam vir sanguinum
es. Dixit autem Abisai filius Saruia
regie vadam & amputabo caput eius.
Et ait rex: Quid mihi & uobis est
filij Saruiae? Dimitte eum ut maledi-
car. D O M I N V S enim præcepit ei,
ut malediceret Dauid. Et quis est qui
audeat docere quare sic fecerit? Et ait
rex Abisai & uniuersis seruis suis.
Ecce filius meus qui egressus est de
utero meo quaerit animam meam,
quanto magis hic filius Iemini male-
dicet mihi? Dimitte eum ut maledi-
cat iuxta præceptum D O M I N I; Si
forte respiciat Dominus afflictionē
meam & reddat mihi Dominus bo-
nū pro maledictione hac hodierna.

CONSOLATIO

Iob: 1. Dixit. D O M I N V S dedit
D O M I N V S abstulit , sit nomen
D O M I N I benedictum.

Psal: 51. Deo subiecta esto anima
mea, quoniam ab ipso patientia mea,

Mich: 7. Iram D O M I N I por-
tabo, quoniam peccavi ei, donec cau-
sam meam iudicet & faciat iudicium
meum.

Acto: 2. Cum lapidaretur Ste-
phanus, clamauit voce magna dicens.
D O M I N E I B S V suscipe spiritum
meum, positis autem genibus clama-
uit. D O M I N E, ne statuas illis hoc
peccatum , & cum hoc dixisset , ob-
dormiuit in D O M I N O .

Rom: 5. Gloriamur in tribula-
tionibus inquit Paulus.

Rom: 8. Nos ipsi Apostoli pri-
mitias spiritus habentes , & ipsi in-
tra nos geminus adoptionem filio-
rum Dei , expectantes redemptio-
nem corporis nostri.

2. Corinth: 4. In omnibus tribu-
lationem patimur, sed non angustia-

redit
nen
ma
nea,
or-
au-
um

ste-
ens.
tum
ma-
hoc
ob-
ula-

pri-
in-
ilio-
tio-

bu-
ftia-

mur. Adoriamur, sed non destitui-
murm. Persecutionem patimur, sed
non derelinquimur. Humiliamur,
sed non confundimur, deiſcimur, sed
non perimus.

2. Corin: 12. Propter quod placebo
mihi in infirmitatibus meis in con-
tumelijs, in necessitatibus, in perse-
cutionibus, in angustijs pro Christo.

2. Timoh: 2. Omnia sustineo pro-
pter electos.

2. Timoth: 3. Tu adsecutus es me-
am doctrinam, institutionem, pro-
positum, fidem, longanimitatem, di-
lectionem, patientiam.

1. Pet: 2. C H R I S T V S cum ma-
lediceretur, non maledicebat, cum
pateretur, non comminabatur, trade-
bat autem iudicanti se iniuste.

Psal: 118. Confitebor tibi quoniam
exaudiisti me, & factus es mihi in sa-
ludem.

X X.

MISERIA NOSTRA E ST
momentanea statim finitur.



CONSOLATIO

Psal: 55. Iacta super D O M I N U M
curam tuam & ipse te enutriet, &
non dabit in æternum fluctua-
tionem justo.

Esa: 49. Nunquid obliuisci potest
mulier infantem suum, vt non mis-
reatur filio vteri sui? Etsi illa obli-
ta fuerit, ego ramen non obliuiscar tui.

Esa: 10. Adhuc enim paululum
modicum est consummabitur indi-
gnatio mea & furor meus super sce-
lus eorum.

Esa: 26. Vade populus meus intra
in cubicula tua, claude ostia tua super
te, abscondere modicum ad monu-
mentum.

Ecclesiast: 42. Luctus hominum
in corpore ipsorum.

XXI:

DEVS NON ONERA VI-
ribus grauiora iniungit.

i. Corint: 10. Fidelis Deus est, qui
non patiatur vos tentari supra id
quod potestis.



Psal : 118. Castigans castigauit me
DOMINVS, & morti non tradidit
me.

XXII.

DEVS CVRAT VT AFFLI-
ctio dulcem catastrophen con-
sequatur.

1. Corinth: 1. Deus faciet cum ten-
tatione prouentum, ut possitis susti-
nere.

XXIII.

AFFLICTIO PIORVM IN
extremo iudicio uertetur in æter-
na gaudia.

De hac vide supra de consolatione
peccatoris 47. locum.

Matth : 5. Beati qui lugent, quo-
niam consolabuntur. Gaudete &
exultate, quoniam merces vestra co-
piosa in cœlis.

Psal: 126. Qui seminant in lachry-
mis, in exultatione metent.

Roman : 8. Hæredes quidem Dei,
coherèdes autem CHRISTI, sita-



CONSOLATIO

men compatimur , vt & conglori-
ficemnr.

2. Timoth : 2. Si sustinebimus &
conregnabimus.

1.Pet : 4. Gaudete , vt & in reuelatione
gloriae eius gaudeatis exulta-
ntes.

XXIII.

HACTENVS DEVS IN AE-
rumnis opem tulit hoc porro fi-
turus est.

1.Reg: 17. D OM IN V S qui eri-
puit me de manu leonis & de manu
ursi, ipse me liberabit de manu
Philistei huius.

Psal : 25. Reminiscere miseratio-
num tuarum Domine, & misericor-
diarum tuarum, quæ à seculo sunt.

Psal : 85. Benedixisti D OM IN E
terram tuam , auertisti captiuitatem
Iacob, mitigasti omnem iram tuam,
conuertere nos Deus salutaris, noster
& salutare tuum da nobis.



XXV.

AGENTES POENITEN-
tiam in afflictionibus non dese-
rit Deus.

Ierem: 26. Nunc ergo bonas fa-
cite vias vestras & studia vestra & au-
dite vocem D O M I N I Dei vestri, &
poenitebit Dominum mali quod lo-
cutus est aduersus vos.

Ierem: 18. Si poenitentiam egerit
gens illa à malo suo quod locutus
sum aduersus eam, agam & ego po-
nitentiam super malo quod cogi-
taui ut facerem ei.

XXVI.

DEVS VERAX EST IDEO
uere sicut pollicitus est nobis
opem feret.

Num: 23. Non est Deus quasi ho-
mo ut mentiatur, nec ut filius homi-
nis ut mutetur. Dixit ergo & non
faciet, locutus est & non implebit.

CONSOLATIO

Psal : 33. Rectum est verbum Do-
mini, & omnia opera eius in fide.

Malac: 3. Ego enim D O M I N V S
& non mutor.

XXVII.

A F F L I C T I O N I B V S S V B
recti discunt mundi contemnere illece-
bras & appetere cœlestia &
eterna bona.

Rom : 8. Et ipsi intra nos gemi-
nus adoptionem filiorum Dei, ex-
pectantes redemptionem ~~co. suis~~
nostris.

Philip : 1. Desiderium habeo dis-
solui, & esse cum Christo multò ma-
gis melius.

Philip: 3. Inimici crucis Christi
quorum finis interitus, quorum
Deus uenter est, & gloria in confu-
sione ipsorum, qui terrena sapiunt.
Nostra autem conuersatio in ca-
lis est.

De hac consolatione in afflictionibus leges si libet libellum meum consolatorium. Item librum precatiorum atq; consolatorias sententias D. Lutheri à me collectas.

FINIS.


B V D I S S I N A E

A N N O

M. D. LXXII.

calibrite

colorchecker CLASSIC



02/24 mm

HORTVLVS ANIMÆ.

IN QVO CONSOLATIO-
NES in tentationibus & impulsuæ
causæ patientiæ in ærumnis
reperiuntur.

ECCLE: XL.

Hortus est benedictus, & longe amo-
nissimus timor Domini.

M. GEORG: VVALTHER
verbi diuini Halæ Saxorum
minister.

A N N O

M. D. LXXII.